Akta

Grodzkie i Ziemskie.

AKTA
GRODZKIE I ZIEMSKIE

Z CZASÓW RZECZYPOSPOLITEJ POLSKIEJ

z Archiwum tak zwanego bernardyńskiego we Lwowie

W SKUTEK FUNDACYI

śp. ALEKSANDRA hr. STADNICKIEGO

WYDANE STARANIEM

GALICYJSKIEGO WYDZIAŁU KRAJOWEGO.

4

TOM IV.

WE LWOWIE.
GŁÓWNY SKŁAD W KSIĘGARNI SEYFARTHA I CZAJKOWSKIEGO.
Z DRUKARNI NARODOWEJ W. MANIECKIEGO.
1 8 7 3.



PRZEDMOWA.

Czwarty z rzędu tom Aktów oddajemy w ręce światłej publiczności, w nadzieji, że i on dozna tak przychylnego przyjęcia, jakiego doznał tom poprzedni.

Dodać do niego możemy tylko nie wiele, jest on bowiem bezpośrednio dalszym ciągiem poprzedniego a materyały w nim zawarte odnoszą się prawie wyłącznie do historyi miejscowości wymienionych w przedmowie do tomu trzeciego. Zresztą i w sposobie traktowania rzeczy, w całem postępowaniu wydawnictwa nic się nie zmieniło, trzymano się tych samych reguł i względów, tej samej drogi co przy tomach poprzednich.

Jedynie w indexie skutkiem nabytego doświadczenia starano się o jeszcze większą dokładność i wprowadzono drobną zmianę, która prawdopodobnie wyjdzie na jego korzyść. Wszystkich urzędników bowiem umieszczono w systematycznych spisach pod nazwami miejscowości, do których urząd ich należał, a prócz tego w formie odsyłacza pod ich familijnem i pod ich chrzestnem imieniem, podczas gdy w poprzednim indexie nie podawano odsyłacza pod imieniem chrzestnem. Tak więc n. p. *Johannes de Tarnow palatinus cracoviensis* znajdzie się umieszczony pod Krakowem w spisie wojewodów, w rubryce *de Tarnow* zaś i w rubryce *Johannes* znajdzie się odsyłacz wskazujący, gdzie go szukać. Jeźli zaś osobistość jaka nie miała publicznego urzędu, umieszczono ją pod imieniem familijnem, a pod chrzestnem podano tylko odsyłacz.

Co do dokumentów wreszcie odnoszących się do historyi miasta Lwowa, których oryginały znajdują się w tutejszem miejskiem archiwum, to pomieszczono w tomie tym wszystkie z lat 1401 do 1425. I one tak jak poprzednie były już

przepisane przez ś. p. Wagilewicza, lecz jeszcze wcale nie przygotowane do druku i widocznie nie kollacyonowane, bo znalazły się w nich bardzo liczne opuszczenia i dość częste inne omyłki. Zbywało im także na nagłówkach, ścisłem rozwiązaniu dat i objaśnieniach. W każdym razie jednak ułatwiły kopie Wagilewiczowskie o tyle pracę wydawcy, że nie było ich potrzeba na nowo przepisywać, lecz że było się można ograniczyć na starannem ich porównaniu z oryginalnymi textami.

We Lwowie w Czerwcu 1873 r.

W IMIENIU WYDAWNICTWA:

Oktaw Pietruski. *Dr. Xawery Liske.*

Dyplomataryusz.



I.

W Starym Sączu 28. Kwietnia 1357 r.

Konstancya, była księżniczka głogowska, obecnie przełożona klasztoru Klaryssek w Starym Sączu, nadaje mieszczanom starosądeckim różne przywileje, a przytem określa ciężary, jakie mieszczani ponosić winni dla klasztoru.

In Nomine Domini Amen. Quia hebes memoria est humane condicionis et in actibus suis sepe roboratur fore instabile, ideo expedit, ut facta nobilium, que in tempore ritte aguntur, apice literarum futurorum noticie deducantur et proinde roborentur, Igitur notum fore cupimus presentibus et futuris: Quod nos dei gracia domina Constancia, illustris principis domini Regis Kazimiri tocius Polonie neptis, olim ducissa Glogoviensis nunc vero humilis Christi ancilla sub habitu et professione clementissimi patris Francisci sanctissimi confessoris et sub ordine alme virginis Clare, unacum conventu et assensu ac pari voluntate et maturo consilio omnium Sororum nostrarum Cenoby Sandecensis, videntes paupertatem et inspectis gravaminibus civium nostrorum Civitatis nostre Antique Sandecz, volumus eis omnia gravamina intuitu dei graciose alleviare, ut ipsi possint considerare nostram bonam voluntatem, damus et per presentes conferimus nostris civibus iam prefatis predicte civitatis nostre et eorum legittimis heredibus, natis ac nascendis successoribus plenariam ac omnimodam libertatem cum omnibus metis et iuribus sicuti ab antiquo habuerunt et pronunc cives Nove Civitatis Iure Maideburgensi utuntur, tali condicione interposita: Quod advocacia unacum maccellis carnium, scampnis sutorum ac pistorum cum cameris pannorum ac balneo ad nos et nostras conventuales perpetue dinoscuntur pertinere. Addimus eciam et condonamus prefatis nostris civibus in aquis Poprod et Dunayecz libere piscari et in metis sepedicte civitatis venari. Si autem aliquo tempore

contingente ligna in aquis prefatis, scilicet Poprod vel Dunayecz affluent, quivis in metis agrorum suorum pro se libere obtinebit. Damus eciam sepefatis civibus nostris absolucionem Theolonei nostri, quod spectat ad claustrum nostrum, liberam facultatem. Conferimus eciam eis montem prope piscinam iacentem, cum omnibus utilitatibus, que nunc sunt et in posterum fieri possunt, tali pacto, ut nobis quindecim scotos singulis annis de utilitate predicte montis in festo pasche solvere tenebuntur, pro porco vero sedecim scotos, pro perna sedecim scotos, pro agnellis sex grossos, pro aratura agrorum nostrorum alteram dimidiam marcam in prefato festo persolventur et quinquaginta emplaustra lignorum, sicut in foro solent venumdari, nobis ante festum nativitatis Christi omni occasione semota annuatim solvere tenebuntur. Ne autem quis in posterum tactus stimulis avaricie aut fervens flammis invidie hanc ordinacionem et opus nostre gracie frivolam movens questionem queat perturbare, nos hanc paginam impressione nostri Sigilli ac eciam munimine Sigilli Venerabilium dominarum nostrarum charissimarum sororum dignum duximus roborari. Acta sunt hec manifeste presentibus his testibus, Comite Gregorio, procuratore nostro, herede de Nigro rivulo, Fratre Laurencio Confessore nostro, Domino Sobeslao plebano, domino Ioanne dicto Gladisch Viceprocuratore domini Regis in Nova Sandecz, domino Vneslao de Brzezno, fratre Iacobo dicto Bobolaetanc lectore in Coczin, fratre Nicolao capellano nostro, per cuius manus hoc instrumentum transivit et alys quam pluribus fide dignis. Sub Anno incarnacionis domini M°CCC°LVII in Curia nostra quarto kalendas May feria sexta.

Dokument ten został potwierdzony w r. 1559. Potwierdzenie to brzmi:

In Nomine Domini Amen. Ne gesta hominum sub tempore versancia oblivio secura rapiat, regum et principum tam eciam spiritualium providencia constituit ea litterarum apicibus annotacioneque testium et appensione sigillorum perhennare. Ad perpetuam igitur memoriam. Proinde nos frater Stanislaus de Opoczno Sacre theologie professor, provinciarum Polonie, Bohemie Minister provincialis et commissarius generalis Ordinis fratrum minorum Conventualium sancti Francisci et Monialium sancte Clare, Significamus tenore presencium, quibus expedit, aut in futurum interesse videbitur: Quomodo providi proconsul et consules Clemens Oraczouyez, Ioannes Sabla, Iacobus Zwonik, Ioannes Burnak Civitatis Antique Sandecz ex parte tocius communitatis per Venerabilem dominum Foelicem in eadem Antiqua Sandecz plebanum et in villa Syedlcze et Babycza, ad nostrum conventum sancti Francisci cum humili expostulacione ad nostram presenciam sese offerentes et litteras in pargameno scriptas sigillisque venerabilium dominarum ac deodicatarum, Dei gracia Constancie, Illustris principis domini Regis Kazimiri tocius Polonie Neptis, olim Ducisse Glogoviensis nunc vero humilis Christi ancille sub habitu et professione

clementissimi patris Francisci sanctissimi confessoris et sub ordine alme virginis Clare, unacum toto conventu et assensu ac pari voluntate et maturo consilio omnium sororum in conventu Antique Sandecz, sanas, salvas et non viciatas prefatis civibus ex mera gracia concessas, prefatas litteras seu privilegia coram nobis exhibuerunt, supplicantes nobis, ut nos tanquam Superior Conventuum omnium ordinis minorum Sancti Francisci et Monialium Sancte Clare Minister provincialis et Commissarius generalis, easdem litteras approbare, rattificare et confirmare ad petita illorum dignaremur. Quarum litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Tutaj następuje powyżej wydrukowany przywilej z r. 1357. Potem brzmi potwierdzenie:

Nos itaque prefatus frater Stanislaus de Opoczno sacre Theologie professor, provinciarum Polonie, Bohemie etc. Minister provincialis et Commissarius generalis Ordinis fratrum minorum conventualium sancti Francisci et monialium sancte Clare supplicacionibus nobis per prefatos proconsulem et consules a tota communitate dicte antique Sandecz per venerabilem dominum Foelicem in eadem Antiqua Sandecz etc. plebanum et nativum oblatis, annuentes, prefatas litteras Dei gracie domine Constancie Illustris principis Serenissimi Regis Kazimiri tocius Polonie neptis, olim Ducisse Glogoviensis, humilis Christi ancille sub habitu et professione regule Sancti Francisci et ordine alme virginis Clare, unacum conventu et assensu ac pari voluntate et maturo consilio omnium sororum Cenoby Antique Sandecz, rattas atque gratas habentes, Ne autem in posterum Abbatisse et Conventus aut Bonorum Conventualium omnium Procuratores, factores vel eorum vicesgerentes sive tenutary aut arendatores spiritu invidie vel avaricie aut privatorum commodorum utilitate ducti, prefatam donacionem libertatis audeant immutare, aliquid addere aut variare, cum eciam certo didicimus, quoniam et omnes exactiones Regales, necnon pro decima ex pacto et federe Episcopatui Cracoviensi annis singulis per sexaginta marcas et non plus pariter cum incolis ville Czigunowycze, qui sunt locati sub iure civili, habent omnia communia cum opidanis secundum antiquam consfetudinem (*sic*) et census de area solvunt, Nos considerantes, quod iusta petentibus non sunt deneganda, prefatum privilegium seu litteras a predecessoribus graciose concessas et usque modo secundum hanc donacionem factam nichil est innovatum, ideo et nos ex officio nostro, quo fungimur, auctoritate nostra presentes litteras iam superius descriptas approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus, decernentes ipsas in omnibus ipsarum punctis, articulis, condicionibus, clausulis, sentencys obtinere robur perpetue firmitatis. In maiorem fidem et testimonium superius descriptorum Sigillum officy nostri presentibus est subappensum manuque nostra propria subscriptum. Datum Cracouie in Conventu nostro Sancti Francisci in domo solite residencie nostre, die decima octava mensis Ianuary Anno domini Millesimo Quingentesimo

Quinquagesimo nono, Presentibus circa premissa Reverendo patre Magistro Iulio Marezio Belunensi, notario provincie et Venerabilibus patribus Ioanne Soldra Custode Cracoviensi et Stanislao Kwyathkowsky Gwardiano Conventus Cracoviensis et Ioanne Crawiss familiari Reverendi patris Commissary et alys multis ad premissa vocatis.

Frater Stanislaus (de) Opoczno Minister provincialis et Commissarius generalis, qui supra, approbat et confirmat manu sua.

S. N.

Et quod ego Felix Mathie de Antiqua Sandecz diocesis Cracoviensis clericus, sacra auctoritate apostolica quo ad creandos notarios publicos necnon legittimandos spuraros (*sic*) etc. Vicecomespalatinus, pronunc in eadem antiqua Sandecz plebanus, presencium confirmacioni, sigilli appensioni et prefati Reverendi patris Stanislai de Opoczno Ministri superius descripti proprie manus subscripcioni cum prenominatis testibus presens interfui. Ideo feci presens privilegium confirmacionem perpetuam in se continentem, manu mea propria fideliter scripsi, signumque et nomen meum imposui in fidem premissorum omnium et singulorum superius descriptorum, vocatus et requisitus.

Oryginał tego potwierdzenia na wielkim arkuszu pergaminowym w bibl. hr. Włodz. Dzieduszyckiego. Zawieszone były trzy pieczęci, po dwóch pozostały jeszcze paski pergaminowe, trzecia wraz z paskiem zaginęła. Na odwrotnej stronie wzdłuż pergaminu obok siebie umieszczone następujące napisy. Po lewej stronie:

Die 3. Iulii 1581 in monasterio sandecensi in refectorio coram domina abbatissa Dorothea Stronzka ceterisque monialibus assentientibus et consentientibus hoc idem privilegium confirmavi presentibus etiam priore Gabriele calisiensi confessore et fratre Iacobo de Lublin concionatore.

Ego Frater Camillus . . . . . [1]) de Verona sacre theologie doctor, minister provincialis et generalis commissarius in regno Polonie manu propria.

Ego frater Bernardus Sarisinus Bononiensis sacra (*sic*) theologie doctor, minister provincialis et generalis commissarius in regno Polonie de consensu matris abbatissae et totius monasterii die decima mensis Aprilis 1587 hoc privileggium (*sic*) confirmavi sicut antecessores mei manu propria.

W środku:

Die 25. Octobris MDLXXVIIII in monasterio Sandecensi presentibus venerabilibus patribus fratre Sebastiano . . . . . [2]) custode cracoviensi et fratre Gabriele

[1]) Jeden wyraz nieczytelny.

[2]) Jeden wyraz nieczytelny.

de Calis confessore, venerande moniales dicti monasterii in refectorio congregate fuerunt contente, ut apostolicus commissarius infrascriptus hanc scripturam et privilegium subscriberet et confirmaret. Et ita ego frater Bonifacius Martini in Polonia generalis commissarius et visitator apostolicus scripturam hanc et privilegium manu mea subscribo, approbo et confirmo de earum consensu, die et anno ut supra.

Po prawej stronie:

Actum in curia claustrali Antique Ssądecz feria quarta in vigilia sancte Barbare virginis et martyris (*3. Grudnia*) anno domini 1533. Generosus dominus Nicolaus Tassyczki de Luczlawicze, iudex et exactor terre cracoviensis generalis et supremus procurator Antique Ssądecz, bene considerans nullumque gravamen imponens incolis conventualibus de villa Cziganowicze, animadvertens ipsorum subditorum paupertatem ad preces eorum hummilimas contractum eum eisdem incolis foccit (*sic*) et constituit in hunc, qui sequitur modum, temporibus eviternis duraturum, quod quattuordecim dies quolibet anno laborare in predio subclaustrali alias na wzorze tenebuntur et erunt astricti, videlicet octo dies peccoribus seu equis et sex dies pedester quemcumque laborem illis laborare mandaverint ex pascuis et hoc iam cum consensu venerabilis Hedwigis Trzeczieska abbatisse monasterii Antique Ssądecz et totius conventus, nec non famatorum Tome dicti Schur et Nicolai Michno consulum Antique Ssądecz.

Frater Stanislaus a Olesko minister provincialis Polonie, Lithuanie, Russie ordinis sancti Francisci et commissarius approbat et confirmat manu propria.

Extractum ex actis curie Antique Ssądecz feria tertia ante festum sancti Tome (*16. Grudnia*) et concordat cum originali.

II.

W Sączu 7. Czerwca 1358 r.

Kaźmierz W. potwierdza nadanie prawa niemieckiego miastu Staremu Sączowi przez siostrzenicę swą Konstancyą, niegdyś ks. głogowską, obecnie ksienię Klaryssek w Starym Sączu, i nadaje mieszczanom pewne przywileje co do soli.

In Nomine Domini Amen. Quod magnifica regum fieri decrevit auctoritas, ratum atque stabile perpetuo debet permanere, proinde nos Kazimirus dei gratia Rex Polonie, necnon terrarum Craco̊uie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Pomeranie Russieque dominus

et heres, noticie universorum tam presencium quam futurorum presentibus declaramus. Quia Serenissima Princeps, neptis nostra carissima, domina Constancia olim ducissa Glogouiensis pronunc cenoby Sandecensis, nostre Regie Celsitudini humiliter supplicavit, ne homines ipsarum, videlicet cives de Antiqua Sandecz ad iudicia Castellanorum traherentur ad iudicandum et ut suo iure teutunico, super quo sunt per ipsam ac per totum conventum fundati et firmiter radicati, ipso iure in pace frui permitterentur. Nos itaque peticioni eius in hac parte acquiescentes, supradictos cives ab omnibus iurisdicionibus Palatinorum, Castellanorum, Iudicum, Subiudicum, Officialium, Ministerialium, Iusticiariorum nostri Regni et a quibusvis angarys et preangarys polonicalibus, quocumque nomine censeantur, ipsos omnino facimus absolutos fore liberos, immunes et exemptos, ita ut coram eis aut aliquo eorum minime debeant respondere. In causis autem tam magnis quam parvis capitalibus, criminalibus, puta furti, sangwinis, homicidy, incendy, sacrilegy ac alys quibuscumque, sed tantummodo unusquisque eorum suo Advocato omnibus de se querulantibus suo iure teutunico respondebit, et ibi unusquisque reus, prout demeruerit audacter puniatur. Insuper, quia corpus matris nostre diligende requiescit, unde ut animam eius eo diligencius in memoria habeant, nos de nostra regia benignitate in recompensam huius civitati ipsarum gratanter volumus subvenire tali sub favore: Quia quicumque ex civibus prefate civitatis ad terram Cipsiensem sal ducere voluerit, illis omnibus et cuilibet ipsorum in suppis nostris, videlicet in Wyeliczka et in Bochna, unumquemlibet centenarium salis per quatuor grossos monete usualis dari assignamus, supparys nostris, qui pro nunc sunt aut qui pro tempore fuerint, firmiter iniungentes, hoc perpetuo inviolabiliter observari; et in robur perpetue firmitatis huius nostre donacionis presentes sigilli nostri appensione duximus roborari. Actum in Sandecz feria quinta in Octava Corporiscristi, Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo Octavo, Presentibus hys testibus Petro Tribuno Cracoviensi, Vidzga Capitaneo Sandomiriensi, Virzbianta de Maloschow, Mroczkone de Sandzischouicze, Iaschkone de Rudouo heredibus et Iohanne dicto Gladisch nostro Viceprocuratore Sandecensi. Datum per manus domini Iohannis Cancellary nostri.

Według potwierdzenia Władysława Jagiełły z 26. Listopada r. 1415. opisanego i umieszczonego poniżej pod r. 1415.

III.

W Drohobyczu 16. Grudnia 1392 r.

Władysław Jagiełło uposaża kościół Najśw. Panny Maryi w Drohobyczu.

In Nomine Domini Amen. Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae Lithuaniaeque princeps supremus et haeres Russiae etc. Significamus universis quibus expedit praesentibus et futuris, praesentium noticiam habituris: quod accensi zelo singularis devotionis et tacti divino spiramine, quibus Ecclesiam et fabricam Sanctae Mariae Virginis in Drohobycz prosequimur et continuo prosequi volumus in futurum, cupientes etiam offensam Dei stricti iudicis, cuius benignam clementiam nostris malis frequenter offendimus, operibus misericordiae praevenire, praedictam ecclesiam seu fabricam Sanctae Mariae de bonis temporalibus supernae promissionis opulenta benignitas liberaliter et multipliciter ampleavit, dotamus reditibus infrascriptis. Damus igitur, adicimus, incorporamus, appropriamus, conferimus et donamus donatione perpetua et irrevocabili perpetuis temporibus affuturis eidem ecclesie sex sexagenas numeri consueti polonicalis, sexaginta latos grossos in sexagena qualibet computando, per rectorem ipsius ecclesiae, quicumque pro tempore fuerit, de theloneo nostro drohobycensi singulis annis quibuslibet quatuor temporibus anni mediam alteram sexagenam recipiendas, tollendas et omnino sublevandas ac in usus ipsius ecclesiae necnon suos beneplacitos et voluntarios convertendas. Caeterum ut rector eiusdem ecclesiae nostris suffultus munificenciis divino cultui valeat operosius inhaerere, sibi plenam conferimus et omnimodam facultatem piscinam in loco iuxta piscinam Doroshonis inferius situatam propter fluvium Pobuk faciendi, construendi et de novo instaurandi pro suae beneplacito voluntatis, decernentes ipsam piscinam ad praedictam ecclesiam perpetuo pertinere. Porro cum divinis laudibus incedentibus pacis securitas necessaria sit plurimum opportuna, praefato rectori damus liberaliter et donamus pro quieta mansione curiam nostram Niedzwiedziowe Dworzyszcze vulgariter dictam cum omnibus et singulis eiusdem curiae pertinentiis, obventionibus et appendiis universis ad ipsam curiam quomodolibet spectantibus, quibuscumque vocabulis *vocatis* [1]), ita tamen quod dum succedente tempore pro locatione civitatis in Drohobycz laneos sive mansos enumerare et dimensurare contigerit, eo tunc curiam praedictam in numerum et computum transire volumus et omnimodo computari. Interim autem rector saepedictae ecclesiae curiam praedictam cum suis pertinentiis tenendi liberam habeat et omnimodam potestatem. In quorum omnium testimonium et evi-

[1]) W przesłanej nam kopii stoi *potiatis*, co poprawiliśmy na: *vocatis*.

dentiam clariorem praesentes litteras nostras scribi fecimus nostrique pendentis sigilli munimine iussimus roborari. Actum in Drohobycz feria secunda post diem Sanctae Luciae Virginis anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, praesentibus Ioanne de Tharnow Palatino Sandomiriensi, Ioanne Glowacz de Novacuria, Czwano [1]) de Kleczko, Ieskone Masowita de Iaryczow, Nicolao Drogossy de Chroberz et Benkone de Zabokruki ac aliis multis nostris fidelibus, fide dignis.

Wydrukowano podług odpisu przesłanego wydawnictwu i sporządzonego przez p. Józefa Promińskiego według potwierdzenia króla Zygmunta wystawionego w Piotrkowie w Piątek przed kwietnią niedzielą r. 1509 a znajdującego się w posiadaniu probostwa drohobyskiego.

IV.

We Lwowie 3. Października 1402.

Władysław Jagiełło pozwala Ormianom lwowskim kupczyć w całej Rusi, Litwie i Koronie.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie, Lithuanie Princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium quibus expedit universis: Quomodo pio compassionis affectu perpendentes et in animo revolventes defectus et dispendia Armenorum nostram civitatem Lamburgensem inhabitancium, que ipsis eveniunt ex eo, quod partes Thartaricas visitare non poterint et mercancias ipsorum exercere, quos specialis gracie prerogativa prevenire cupientes, et eos a dispendys huiusmodi et defectibus relevare, ipsis plenam et omnimodam tenore presencium concedimus facultatem: Quod terras nostras tam Russie quam Lithuanie et ceteras terras nostras, quas regni nostri complectitur amplitudo, cum eorum mercibus possint visitare et eorum mercancias exercere, prout ceteri mercatores in regno nostro degentes ipsas faciunt et exercent. Vobis igitur universis et singulis Capitaneis, Procuratoribus, Woiewodis, Viceprocuratoribus, Consulibus civitatum et Rectoribus earundem, necnon ceteris regni nostri officialibus, qui presentibus fuerint requisiti, damus nostris firmis regalibus in mandatis, quatinus eosdem Armenos nostros de civitate Lamburgensi cum ipsorum mercibus cuiuscumque generis vel speciei fuerint, sine omni impedimento ire permittatis et eorum mercancias et negociaciones iuxta ipsorum voluntatem

[1]) Czy nie Iwano?

beneplacitam exercere presentibus autem ad nostrae voluntatis beneplacitum solummodo valituris. Datum in Lamburga feria tercia proxima ante festum sancti Francisci confessoris. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo secundo.

Podług kopii z wieku XVII. znajdującej się w arch. miasta Lwowa w fascykule 396.

V.

We Lwowie 20. Listopada 1402 r.

Jakób, arcybiskup halicki, nadaje odpusty kościołowi parafialnemu we Lwowie.

In Nomine Domini Amen. Quamquam sanctis ob merita ipsorum insignia congruis orthodoxe asstringuntur obsequi honoribus, quantomagis sanctorum sanctissimam intemeratam Dei genitricem, que omni laude dignissima fervencioribus, quibus possent, extollere teneantur preconys, que sola mater ac regina misericordie, a filys Ewe in lacrimarum valle lugubria clamantes suspiria, tamquam advocata legittima misericordes oculos non avertet, sed et Christum prolem sui ventris sanctissimam, velut clemens, pya dulcisque Maria, post huius carnis exilia indubie credentibus ostentabit, Nos igitur Iacobus Dei gracia Archiepiscopus Haliciensis, ad perpetuam rei memoriam devenire cupientes, universis ac singulis, presentibus ac futuris, quibus expedit, notum facimus per presentes: quomodo sagaces ac honesti viri, videlicet Parvus Peterlinus, Petrus Rosenlechcher, Clug Anders, Neco Reuse, Iohannes Drohiczin, Longus Nicolaus, Michael faber, Bartko sartor et Tempel, cives ac scabini civitatis Lemburgensis, fily nobis in Christo dilecti, ex sincere devocionis affectibus, quos pys ad benedictam Dei genitricem Virginem Mariam gestant animis, nostram accedentes presenciam sanis mentibus, prehabito consensu et voluntate honesti viri domini Iohannis Iohannis Ruteni, plebani Lemburgensis, necnon circumspectorum virorum videlicet Petri Folmar, Petri Stechcher, Iohannis Worst, Franczkonis Rymar, Michaelis de Briga et Georgy Crebel, protunc consulum civitatis Lemburgensis, ex certa ipsorum sciencia, ac omnium, quorum interesse videbatur, spontanea et indiscrepanti voluntate previa, hanc infrascriptam ordinacionem, dignam ac laudandam disposicionem, perpetuo ratam, gratam, firmam ac irrevocabilem, tenendam, faciendam et, sicut expedit, exsequendam per ipsos ac ipsorum posteros, irretractabiliter observandam, coram nobis ac nostre metropolis clero legittime in hunc modum celebrarunt, videlicet, quod singulis diebus tam festivis, quam feriatis, annis et temporibus perpetuis, observato

aliquo intervallo post horam vesperarum, videlicet citra horam horelogy vicesimam terciam, Salve Regina cum Recordare Virgo mater, seu cum una Anthiphona de Canticis Canticorum, et demum Da pacem domine, per Rectorem scolarum sive eius succentorem ac scolares, qui pro tempore fuerint, ad gloriam omnipotentis Dei, ac sue beatissime genitricis laudem et honorem, in parochiali ecclesia civitatis Lemburgensis, ad incitandas devotas mentes fidelium solempni melodia decantetur, presertim solempnibus diebus et festivis cum modulatione intermixta organorum, tali eciam ordine observato, ut vicarius vel ebdomadarius eiusdem ecclesie, qui pro tempore fuerit, competentem collectam de domina, et interdum tempore quadragesimali de passione domini dum eiusdem recensetur memoria congruam collectam, et pro pace unam de collectis superpiliciatus tenebitur devote ac suplicitor adimplere; campanatores vero, qui pro tempore fuerint, singulis diebus, ut prefertur, hora et tempore prehabitis, campanam competentem, pro ipso Salve Regina semel, et demum pro pace de sero ac mane quolibet ter pulsare seu signare tenebuntur. Sane cum hos, qui altario obsecuntur solicite, de altario vivere sit necesse, prenominati scabini, ac eorum sequaces, qui fuerint pro tempore, supratactis officiatis ut puta, vicarys, rectoribus scolarum et campanatoribus sepefate parochialis ecclesie tres marcas polonicales numeri consuete monete videlicet vicario unam, rectori scolarum secundam, campanatoribus vero terciam singulis annis, die dominico, quo Reminiscere decantatur, dare ac assignare sunt et sint asstricti. Nos vero, prout tenemur ex cura pastorali, cultum divinum pabulaque salutis intentare, prescriptam ipsorum scabinorum ordinacionem laudandamque disposicionem per ipsos scabinos, necnon vicarium, rectorem scolarum, campanatores, ac per ipsorum alterutrum succedaneos tenendam, faciendam et, sicut expedit, utrolibet attemptandam, ut prefertur, in prescriptis et quolibet prescriptorum, presentis patrocinio approbamus, ratificamus, confirmamus ac perpetuo graciose approbando confirmamus. Volentes igitur, (ut) [1]) mentes Christi fidelium, in dicta parochiali ecclesia ad fervenciores eiusdem benedicte Virginis laudes incitare, ut exinde divini muneris apciores dinoscantur, omnibus et singulis, utriusque sexus contritis et confessis, qui sepefatam parochialem ecclesiam ad cantandum vel audiendum ipsum Salve Regina, cum ceteris cantibus, ut prescribitur, quociescunque devote accesserint, de omnipotentis dei misericordia, quadraginta dies indulgenciarum benigniter in domino elargimur. Eciam quicunque contritus ac confessus circa pulsum campane de mane pro pace orando Pater Noster cum Ave Maria semel dixerit, flexis genibus ac devote, similiter quadraginta dies indulgenciarum in domino impartimur. Ut autem huius prescripte ordinacionis perpetuo iugiter habeatur memoria, presentes volumus literas nostri sigilli munimine roborari. Actum Lemburge in do-

[1]) *ut* stoi w oryginale, ale zbyteczne, dla tego umieściłem je w nawiasie.

mo nostre mansionis XX die Mensis Novembris, anno domini millesimo quadringentesimo secundo, presentibus religiosis ac discretis viris Iohanne Haze et Nicolao fratribus Conventus Lemburgensis fratrum minorum, Iohanne predicatore ac Mathia Vicario, Nicolao rectore scolarum, Nicolao Boefel ac Michaele campanatoribus eiusdem parochialis ecclesie, ceterisque quam pluribus fide aptis, ad premissa petitis et rogatis. Datum per manus Petri Wolfram protunc notary Civitatis.

Pergaminowy oryginał w arch. miasta Lwowa nr. 4. Na pasku pergaminowym zawieszona znacznie uszkodzona na czerwonym wosku wyciśnięta owalna pieczęć, z napisem w otoku: S. Iacobi Archiepiscopi . . . . reszta zupełnie zniszczona.

VI.

We Lwowie 15. Lutego 1403 r.

Jakób, arcybiskup halicki, potwierdza testament Piotra Eisenhuttel i żony jego Małgorzaty, w którym małżonkowie zapisali jeden i trzy ćwierci łanów szpitalowi lwowskiemu, a zarazem waruje, że exekutorowie i opiekunowie testamentu z łanów tych i nadal winni jemu opłacać dziesięciny.

In nomine domini Amen. Nos Iacobus, Dei gracia Archiepiscopus Haliciensis, ad perpetuam rei memoriam devenire volentes universis ac singulis, quibus presencia legere vel audire contigerit, denotamus per hec scripta. Inter cetera, que de fonte caritatis procedunt, elemosina crebrius comendatur, sollempnioribusque preconys comendata precellere dinoscitur agmina pietatis, hec est enim preamabilis suffragatrix, que nos a peccatis abluit graciamque nobis restituit salvatoris; hinc est, quod providus vir Petrus Eyzenhuttil, comburgensis Lemburgensis, una cum consorte sua legitima, domina Margaretha, nobis in Christo dilecti, coram nobis incolumes, sanis ac deliberatis mentibus prehabitis, personaliter constituti, sincere devocionis zelo accensi volentes diem extremi iudicy misericordie operibus prevenire, divine retribucionis intuitu, pro sustentacione, nutrimentis ac victualibus, alimentis, ceteris quibuscumque defectibus supplendis pauperum hominum ut pote infirmorum, claudorum, cecorum et aliarum, qualiumcumque miserabilium personarum, in infirmaria hospitalis ad Sanctum Spiritum, in civitate Lemburgensi egrotancium, necnon ad instauracionem et reparacionem eiusdem infirmarie domus, dum necessitas id ipsum exigit, duos mansos seu laneos, m*(in)*us uno quartali sitos inter agros Clug Andris ex

una et Georgy Crebel, civium Lemburgensium, parte ex altera, cum omnibus et singulis fructibus, utilitatibus, censibus, proventibus, ut puta, predys, domibus ac quibuscumque pertinencys ac appendys universis ad predictos laneos spectantibus ac spectaturis prout predicti mansi sive lanei, in suis gadibus sive metis in longum atque latum sunt distincti ac quomodolibet limitati, per modum veri ac legitimi testamenti legarunt liberaliterque errogarunt, omnimodeque resignarunt, post mortem eorumdem Petri Eyzenhuttil et Margarethe sue conthoralis, habendos, tenendos, ac perpetue possidendos, ac in usus tales, ut prefertur, miserabilium personarum penitus convertendos, nullam omnino heredibus et propinquioribus, affinibus ipsorum, Petri et Margarethe iurisdiccionem vel participium . . . . [1]) perpetue observando, constituentes ac legittime ordinantes veros debitos ac legittimos huiusmodi testamenti tutores, executores, gubernatores ac dispensatores, ydoneos, sagaces ac honestos viros Petrum Fohnar, Petrum Stechcher, Iohannem Worst, Franczkonem Rymer, Michaelem de Brega et Georgium Crebel, protunc consules civitatis Lemburgensis, ac defuturo eorum succesores eciam consules. Quiquidem prenominati consules nomine consulatus ad prescripta exsequenda fideliter, ut prescribitur, spontanee obtulerunt, predictos agros cum eorum utilitatibus ac pertinencys disponere ac omnimode, sicut expedit, preesse fructusque quoslibet ac proventus procurare et de predictis fructibus ac proventibus sepetacte infirmarie personis debita vite necessaria, secundum valorem eorumdem agrorum, certosque defectus iuxta posse supplendo, quanto comodius poterint, ministrare. Insuper sepetacti fundatores Petrus et Margaretha specialiter derogaverunt omnibus et singulis prefati hospitalis hospitalarys, rectoribus ac eorum vicesgerentibus, sed et quibuscumque alys personis tam spiritualibus, quam secularibus, cuiuscumque status et dignitatis fuerint, quibus et nos presentibus perpetuo derogamus, excepto duntaxat Consulatu prescripto Lemburgensi ullam penitus administracionem, regimen, seu quamvis aliam iurisdiccionem in laneis sepetactis habere, seu modo aliquo usurpare, hoc tamen non obmisso, ut prenarrati executores seu tutores agrorum prehabitorum nobis ac nostris succedaneis, decimas consuetas annales, plebano vero iura parochialia, sicuti alias consueverant, dare et assignare teneantur. Quare super huiusmodi execucione ac dispensacione testamenti prelibati, consciencias prenarrati consulatus Lemburgensis, non allibi (*sic*) convertenda, nisi ut prefertur, oneramus. Peticionibus autem iustis ac dignis maximeque edificatis ad salutem non inmerito annuentes prefati Petri ac Margarethe, prehabitam legacionem, ritum ac racionabile perpetuumque testamentum auctoritate nostra confirmavimus, approbavimus, presentisque nostri sigilli appensi patrocinio perpetue confirmamus. Actum

---

[1]) Jeden wyraz nieczytelny.

Lemburge XV. die mensis February anno domini millesimo quadringentesimo tercio, in domo nostre mansionis, presentibus prescriptis consulibus Lemburgensibus, Petro Wolfram notario civitatis presentisque scriba, Mathia et Stanislao nostris familiaribus, ceterisque quampluribus ad prescripta vocatis et rogatis fidedignis.

Pergaminowy oryginał nr. 53 w arch. miasta Lwowa. Na pasku pergaminowym zawieszona zupełnie pokruszona pieczęć w woreczku żółtym jedwabnym.

VII.

We Lwowie 15. Lutego 1403 r.

Jakób, arcybiskup halicki, zamienia dom w rynku miasta Lwowa leżący na inny przy cmentarzu kościoła św. Krzyża.

Iacobus Dei gracia Archiepiscopus Halicensis Ecclesie universis et singulis dominis ac amicis . . . . [1]) presens intuentibus salutem in Domino sempiternam. Tanto solidiores atque firmiores rerum permutaciones et commutaciones permanebunt inviolabiliter, quanto arcius forciusque roborabuntur litteris atque sigillis; cupientes igitur ecclesie archiepiscopatus nostri profectum firmiter confirmare, ne succedanei in posterum infringerent et disrumperent, que de honorabilium ac discretorum virorum, plebanorum, nostrorum subditorum presbyterorumque consilio, sano, maturo et bene deliberato animo effecimus et ordinavimus, prout efficacius nobis expediebatur et ecclesie nostre; nam domum [2]) nostram fundamentaliter sitam in superiori parte circuli inter domos providorum virorum Barthulomei et Petri Stigeri civium Lemburgensium commutavimus, permutavimus et cambivimus honestis viris consulibus Lemburgensibus pro domo aciali secus cimiterium sita ecclesie Sancte Crucis Lemburgensis, quam tenemus, habemus et possidebimus (*sic*) temporibus perpetuis solutam ab omnibus ac singulis exaccionibus et iuribus civilibusque liberam predictam domum commutatam, ut dictum est, resignavimus, per presentes resignamus et porrigimus prefatis consulibus liberam pacifice possidendam, tenendam, vendendam et in usus proprios eam convertendam, prout ipsis apparebit melius expedire, non obstante

---

[1]) Jeden wyraz nieczytelny.

[2]) Porównaj nr. LVIII. tomu III., dokument tegoż Jakóba arcybiskupa halickiego z r. 1395 tej samej sprawy dotyczącey, — jako i dokument tutaj bezpośrednio następujący także z 15. Lutego 1403 r.

condicione aliqua per nos vel successores interponenda nostros, quam quod semel placuit amodo non debeat displicere. Actum et datum Lemburge XV. die mensis February anno domini M°CCCC° tercio. Ad perpetuam memoriam harum premissarum sigillum nostrum est appensum, presentibus discretis et honestis viris Iohanni (*sic*) Hase fratri (*sic*) ordinis minorum, Nicolao rectori ecclesie de Trebowla, Petro Fulmer, Petro Stecheri, Michaeli (*sic*) de Briga Consulibus, Petro notario civitatis Lemburgensis, Stanislao, Mathie nostris familiaribus et quam pluribus fidedignis testibus ad premissa specialiter vocatis et rogatis.

Pergaminowy oryginał nr. 51 w arch. miasta Lwowa. Na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta już opisywana pieczęć arcybiskupa Jakóba.

VIII.

We Lwowie 15. Lutego 1403 r.

Jakób, arcybiskup halicki, zamienia dom w rynku we Lwowie położony za dom obok cmentarza franciszkańskiego.

Frater Iacobus Dei gracia sancte Ecclesie Halicensis Archiepiscopus Metropolice Sedis universis et singulis Christi fidelibus, quorum interest aut interesse poterit, salutem cum sincera in domino caritate. Publice denotamus et expresse, qualiter sanis merisque cleri nostre metropolice sedis consilys prehabitis, licet canonicis et capitulo protunc caruimus, verumptamen ex nostraque certa sciencia, deliberato animo, honestis discretisque nostrorum clericorum concilys et assensu, quandam domum ¹) in circulo civitatis Lemburgensis, inter domos providorum virorum Petri Steyger ac Bertuldi civium Lemburgensium sitam, ad nos et sedem nostram metropolitanam iure devolutam, pro domo et area contigue cimiterio ecclesie sancte Crucis fratrum minorum Lemburgensium locatis, cum circumspectis viris consulibus civitatis prehabite Lemburge rite ac racionabiliter per modum sollempnis camby irrevocabiliter commutavimus, resignavimus presentibusque perpetuo resignamus eisdem consulibus civitati Lemburgensis habendam, tenendam, pacifice possidendam ac in usus quoslibet videlicet vendendi, donandi, commutandi, resignandi ac quovismodo aliter alienandi, penitus convertendam; abrenunccciantes perpetuo tempore et in

¹) Porównaj dokument poprzedni z tego samego dnia i tej samej zamiany dotyczący, a jednak zupełnie inaczej zredagowany, jako i dokument z r. 1395 nr. LVIII., tom III.

ewum nobis ac nostris universis et singulis successoribus in dicta domo seu hereditate, ipsi civitati per nos resignata, quidquam iuris vel dominy penitus habituri, ut nec umquam dicto facto vel scripto seu aliquo ingenio nobis et nostris succedaneis contra commutacionem huiusmodi liceat contraire. Harum quibus sigillum nostrum maius presentibus est appensum testimonio literarum. Actum et datum Lemburge XV. die mensis February anno domini millesimo quadringentesimo tercio, presentibus discretis et honestis viris Nicolao rectore ecclesie de Trebolaw, fratri (*sic*) Iohanni (*sic*) Haze ordinis fratrum minorum, Petro Folmer, Petro Stecher, Michaele de Brega protunc consulibus Lemburgensibus, ac Petro Wolfram eiusdem civitatis notario ceterisque quam pluribus fide aptis testibus ad premissa specialiter rogatis et vocatis.

Oryginał pergaminowy nr. 52 w arch. miasta Lwowa. Na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta podłużna pieczęć arcybiskupa Jakóba już po kilkakroć opisywana.

IX.

W Gródku 18. Października 1405 r.

Czteréj publiczni notaryusze poświadczają, iż wybrani przez Jana Rusina proboszcza u N. Maryi P. we Lwowie i przez rajców lwowskich dla załatwienia sporów między nimi sędziowie polubowni, wyrok swój wydany 7. Października 1404 r. przed królem Władysławem Jagiełłą zeznali, oraz iż rzeczony proboszcz przed tymże królem wyrok ten uznał, a Mikołaj, kustosz sandomirski, kanonik i oficyał krakowski, wydaje transsumpt tegoż poświadczenia, w Krakowie 6. maja 1406 r.

In nomine domini amen. Notum sit universis et singulis presens transumptum seu presens publicum instrumentum inspecturis, quod nos Nicolaus decretorum Doctor, Custos Sandomiriensis, Canonicus et Officialis Cracoviensis, vidimus et diligenter inspeximus quandam publici instrumenti literam patentem, tenoris et continencie infrascripti, non rasam, non cancellatam, non viciatam, nec in aliqua sui parte suspectam, sed prorsus omni vicio et suspicione carentem, nobis per providos et honestos viros dominos Petrum Sthecher, Nicolaum Smedfelt, Neconem Rewsze, consules et cives opidanos Lamburgenses, Haliciensis diocesis, suo et honestorum virorum Czizenhutel, Iohannis Zomersten, civium et agricultorum ac aliorum omnium et singulorum agricolarum predicti opidi Lamburgensis nominibus, habentes plenum et specialem mandatum, manu Martini Laurenty de Lanczberg, clerici Wratislauiensis diocesis, publici auctoritate imperiali notary, sub eius vero solito signo debite conscriptum, de quo nobis bene constabat et existit facta plena fides, in carta pergameni coram notario publico et testibus infrascriptis presentatam. Que quidem litera seu publicum instrumentum fuit subscripta et existit manibus quatuor notariorum auctoritate impe-

irali publicorum: primo Floriani Floriani de Znancz, plocensis, secundo Mathie Pauli condam de Tharnow presbiteri Cracouiensis, tercio Benedicti Nicolai de Malicze eiusdem Cracouiensis, quarto Nicolai olim Michaelis Wrawendinst de Ladislauia Wratislauiensis diocesis; circa quorum subscripciones notariorum apperabant(?) solita signa et consueta, quibus circa talia utuntur. Cuius quidem litere seu publici instrumenti tenor sequitur in hec verba.

In nomine domini Amen. Sub anno nativitatis eiusdem Millesimo Quadringentesimo quinto, Indiccione XIII, XVIII vero die mensis Octobris, die Solis, hora vesperorum, vel citra Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri Innocency digna dei providencia Pape septimi et moderni, annoque eius primo, in magno estuario seu Stuba in Suburbio Grodek Haliciensis diocesis, in nostri publicorum (Notariorum) [1]) et testium subscriptorum presencia ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum constituti personaliter providi viri: Cunradus Ryppin, Nicolaus Smedefelt, Nicolaus Göbil, Gregorius Scheler, Nicolaus Lange cives, Petrusque Wolwrami, notarius, Lamburgenses, nominibus suis et tocius comunitatis ac eciam fraternitatis sancte Marie ecclesie parochialis ibidem in Lamburga, coram Serenissimo Principe domino Wladislao, Rege Polonie, Lithuanieque Principe supremo et herede Russie etc., Reverendum in Christo patrem dominum Iacobum Haliciensem Archiepiscopum, Wenerabilem virum Magistrum Stephanum licenciatum in decretis, ac Validum Iohannem de Tharnow Palatinum Craconiensem, arbitros, compositores, laudatoresque licium, dissensionum, controversiarum, displicenciarum et quarumlibet discordiarum complanatores inter ipsos cives ex una, et Iohannem Ruteni, rectorem ecclesie in ibidem parte ex altera, de et super collacione et iure patronatus altaris per ipsos cives in dicta ecclesia Lamburgensi noviter fundati et erecti, ac de ipsorum pecunys salariati proventibus et dotati, dudum ventillatarum, presentes tunc et sedentes, instantissime rogaverunt propter Deum et iusticiam, quatinus omnem ordinem et seriem articulorum composicionis et concordie inter ipsos et rectorem ecclesie predictum de anno domini Millesimo Quadringentesimo quarto, Indiccione XII, VII die mensis Octobris, in minori castro Lamburgensi per ipsos dominos arbitros facte et firmate, dignati essent recognoscere, dicere, exponere et narrare. Qui quidem domini arbitratores seu predictarum parcium compositores, habita bona, matura et circumspecta deliberacione, dictorum civium iustis acclinati peticionibus, non compulsi, non coacti, sed solum Deum et iusticiam habentes pre oculis, per Magistrum Stephanum licenciatum in decretis, cui in hac parte recognicionis veridice contulerunt vices suas, publice recognoverunt inquirentes: quod predicte partes, videlicet Iohannes Rutheni et cives Lamburgenses Reverendo in Christo patri

[1]) *Notariorum* opuszczono przez wyraźną pomyłkę.

domino Iacobo Haliciensi Archiepiscopo, Wenerabilibusque et Nobilibus viris dominis Iohanni de Lubyen doctori in decretis, Iohanni de Tharnow Palatino Cracouiensi, Byenconi de Zabocruk, Iaschoni Mazouite de Malouicze, ipsarum parcium, ut prefertur, arbitris omnes et singulas clausulas, condiciones et quoslibet licium et displicenciarum articulos, inter ipsas partes vertentes de alto et basso, in manus predictorum dominorum arbitrorum compromiserent, (*sic*) dolo, fraude et figura quibuslibet procul motis; ipsi autem domini arbitratores, recepta ab utraque parcium compromissione firmissima, vadium seu penam centum marcarum Ruthenicalis monete inter ipsos vallaverunt, decernentes, ut si que pars dictarum parcium eorundem dominorum arbitrorum decretum, arbitrium et composicionem, amicabilem infringeret, hec prefatam penam se deberet nosci incursuram; cuius quidem pene seu vady medietatem, videlicet quinquaginta marcas pro fabrica ecclesie sancte Marie in Lemburga predicte, et quinquaginta dictis dominis arbitris pars ipsorum arbitrorum non tenens pronucciacionem dandum, exsolvendum debet esse astricta; in quam eciam pene sive vady vallacionem tam prefatus Iohannes Rutheni quam eciam cives Lamburgenses libere et spontanee consenserunt, ipsaque omnia et singula decreta, statuta, pronuncciaciones et qualescunque composiciones amicabiles, per eosdem dominos arbitros facta, stipulando manus arbitrorum inviolabiliter rata, grata, firmaque tenere et servare promiserunt; Quorum promissione habita et recepta, pronuncciacionem fecerunt infrascriptam, ipsam sub pena et vadio predictis inconvulse ab utraque premissarum debere teneri concludentes; talem videlicet: quod collacio et ius patronatus altaris predicti, per ipsos cives, ut premittitur, noviter fundati, pro quibus inter ipsos controversia habebatur, ad ipsos cives debet pertinere ex eo, quod proventus pro ipso coemerunt; et due partes oblagy sive offertory cedentes de eodem altari pro fabrica eiusdem ecclesie debent converti, quas ipsi cives in eorum recipere debent gubernacionem, ex quo eiusdem ecclesie instauratores sunt et reformatores; tercia vero pars oblagy ad ipsum rectorem vel qui pro tempore fuerit rector ecclesie sepedicte pertinere debet et spectare. Subiungens idem Magister Stephanus, per ipsum et ipsius coarbitros predictos cum hoc fuisse arbitratum ita quod altarista dicti altaris quicunque pro tempore fuerit singulis dominicis et festivis diebus in superpilicio debet in ecclesia incedere, ipsumque rectorem in divinis officys peragendis iuvare et cum honoribus debitis revereri. Hys itaque taliter ordinatis, in debitamque formam unionis et concordie redactis et conclusis, pro tuciori horum firmitate concordiam et unionem, tam rite et racionabiliter factas, eodem tempore ad noticiam Serenissimi Principis et domini domini Wladislai Regis Polonie etc., ad ipsius venientes presenciam, adduxerunt, ipsam per Iohannem de Lubyen, decretorum doctorem, ipsorum omnium nominibus declarantes. Porro dominus Rex predictus, auditis et bene in animo revolutis declaracionibus per eundem dominum Iohannem decretorum doctorem, nomine

suo et ipsius arbitrorum sibi factis, ab eodem rectore ecclesie miti et mansueto modo requisivit inquirens: Vis tu tenere arbitrium per istos dominos arbitratum et decretum? Ad quod ipse respondit: Volo Princeps Serenissime. Cuius voluntate audita et concepta, ipse dominus Rex in signum irrefragabilis federis, concordie, pacificacionis et amicabilis unionis, fecit in sui presencia dictas partes manus alterutrorum stipulari. Ubi, nulla querela per ipsos cives exposita, nec aliqua appellacione per ipsum Iohannem Rutheni, rectorem predictum interposita, ea omnia, que in concordia et rati habicione predictarum facta fuerunt et conclusa, ipse dominus Rex per thabelliones in publicum unum vel plura reddegi et conscribere fecit instrumentum. Acta sunt hec anno, indiccione, mense, die, hora, Pontificatus, loco, quibus supra. Presentibus hys Honorabilibus et Nobilibus viris dominis Nicolao Preposito sancti Floriani aute Cracouiam, Regni Polonie vicecancellario, Iohanne de Tharnow decano Cracoviensi, Magistro Blisborio Gneznensi et Kalisiensi ecclesiarum Canonico, Przeczslao de Oltarzowo Plocensis diocesis Clerico, Spithkone de Tharnow et Paschone de Bogumylowicze, laycis Craconiensis diocesis, testibus ad premissa rogatis et vocatis in fidem omnium.

Sequuntur subscripciones notariorum.

Et ego Fiorianus Floriani olim de Znancz, clericus Plocensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, huiusmodi rogacioni, requisicioni, recognicioni ac alys omnibus, dum sic ut (pre)mittitur agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, et in hanc publicam formam redegi, manuque propria conscripsi, Signo et nomine meis solitis et consuetis consignavi in fidem et testimonium omnium premissorum rogatus specialiter et requisitus.

Deinde sequitur subscripcio alterius secundi notary.

Et ego Mathias Pauli quondam de Tharnow, presbiter diocesis Cracouiensis, publicus imperiali auctoritate notarius, predicte instantissime peticioni, requisicioni, recognicioni, omnibusque alys, dum sic ut premittitur agerentur et fierentur, (*sic*) una cum suprascriptis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi et per prenominatum Notarium socium meum ea in formam scribere ordinavi, Signo et nomine meis solitis et usitatis consignavi, petitus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

Tercy vero notary subscripcio sequitur.

Et ego Benedictus Nicolai de Malicze, Clericus Cracouiensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius huiusmodi recognicioni, rogacioni, requisicioni et alys omnibus,

dum sic ut premittitur agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi et per prenominatum notarium socium meum ea in formam scribere ordinavi, Signo et nomine meis solitis et consuetis consignavi, petitus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

Quarti vero notary subscripcio sequitur.

Et ego Nicolaus olim Michaelis Vrawendinst de Ladislauia, clericus Wratislauiensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, huiusmodi rogacioni, requisicioni, recognicioni, omnibusque alys, dum sic ut premittitur agerentur et fierent, una cum suprascriptis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi et per prenominatum Notarium socium meum ea in formam scribere ordinavi, signo et nomine meis solitis et consuetis consignavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

Quaquidem litera publici instrumenti tale visa et inspecta, inventaque iusta et sincera in omnibus, ipsamque literam ad instantem predictorum dominorum civium consulum requisicionem et peticionem exinde per Laurencium Zukonis de Roszprza, Clericum Gneznensis diocesis, publicum auctoritate imperiali notarium, nostrumque et facti huiusmodi coram nobis scribam, transsumi st subscribi ac publicari mandamus, volentes et decernentes, ut huic presenti transsumpto seu publico instrumento deinceps plena fides adhibetur ubique locorum tam in iudicys quam extra, ipsumque transsumptum seu presens publicum instrumentum fidem faciat in agendo, ac si ipsa originalis litera appareret; quibus omnibus et singulis auctoritatem nostram ordinariam super predictis interponimus et decretis, et ad maiorem huic evidenciam nostrum Sigillum duximus presentibus appendendum. Actum et datum Cracouie, anno domini M°CCCC^{mo} sexto, indiccione XIIII, die sexta mensis May, hora vesperorum, vel quasi in Sala murata domus habitacionis nostre in Cracouia, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri Innocency pape septimi anno secundo, Presentibus discretis viris dominis Andrea Vicario ecclesie Omnium sanctorum in Cracouia, Ianussio Nicolai de Młodawin Gneznensi, Alberto Iaschonis de Plechow, testibus ad premissa vocatis.

S. N.

Et Ego Laurencius Zukonis de Roszprza, Clericus Gneznensis diocesis, publicus auctoritate imperiali notarius necnon Wenerabilis et circumspecti viri domini Nicolai Decretorum Doctoris, Custodis Sandomiriensis, Canonici et Officialis Cracouiensis, causarum et facti huiusmodi coram eo Scriba, quia premissorum literarum pronuncciacioni et instrumenti publici exhibicioni, inspeccioni, in formam documenti publici elici et redigi peticioni, requisicioni ac decreto, ac alys omnibus et singulis premissis, dum sic ut premittitur agerentur et fierent, unacum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia taliter fieri vidi et audivi ideoque alys preoccupatus negocys per alium scribi peti(vi) et ordinavi meque huic manu propria sub-

scribens in hanc publicam formam redegi, Signoque et nomine meis solitis et consuetis, unacum appensione Sigilli prenominati domini Nicolai Officialis et de mandato ipsius, consignando rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 56. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć, wyciśnięta na czerwonym wosku, przedstawiająca popiersie człowieka w stroju duchownym, poniżéj tarcza z herbem pokazującym, jakoby cztery śmigi od wiatraka w ukośnym krzyżu, między niemi zaś (oprócz u dołu) znajdują się gałki z napisem w otoku: *S. nicolai officialis cracovien.*

X.

We Lwowie 21. Listopada 1405 r.

Jan Nos, wojewoda lwowski, poświadcza, że Jan z Petrecz, syn Jana Mazowity z Miłocic, zastawił wieś swoją Białę za 13 kóp Janowi z Biłki.

Nos Iohannes Nos Woyewoda Lemburgiensis, Significamus tenore presencium quibus expedit universis: Quomodo Nobilis Iohannes heres de Petrecz, [1]) natus Nobilis Iohannis Mazowithe de Myloczicze, veniens ad nostri nostrorumque assessorum presenciam, publice recognovit et fassus est, obligasse villam dictam Bele, [2]) in districtu Lemburgiensi sitam, Nobili Iohanni heredi de Belka [3]) in tredecem sexagenis numeri et ponderis Ruthenicalium, videlicet in decem sexagenis parvorum grossorum et in tribus sexagenis latorum grossorum, a proximo festo Nativitatis Christi usque ad aliud festum eciam Nativitatis Christi. Et super hoc prenominatus Iohannes de Petrecz prenotato Iohanni de Belka in eandem villam dedit intromissionem dictam Bele ita, quod predictus Iohannes de Belka eandem villam Bele debet tenere, habere et possidere cum omni iure et utilitatibus ad eandem villam pertinentibus, prout idem Iohannes de Petrecz solus tenuit, habuit et possedit, nichil pro se reservando; ista tamen condicione interiecta: si prescriptus Iohannes de Petrecz predictam villam Bele termino adveniente, videlicet festo

[1]) Pewno Pietrzyce w powiecie złoczowskim. Tej samej nazwy wieś jest także w pow. stanisławowskim.

[2]) Biała, wieś w powiecie przemyślańskim.

[3]) Biłka szlachecka, wieś w powiecie lwowskim.

Nativitatis Christi in prenominatis tredecim Sexagenis, ab eodem Iohanne de Belka non liberaverit, ex tunc premissus Iohannes de Belka eandem villam Bele a festo Nativitatis Christi advenientis ad aliud festum iterum Nativitatis Christi, eciam cum omni iure et utilitatibus tenebit, prout premissum est, tamdiu, donec ab eo plenarie in tredecim Sexagenis redimetur eadem villa puta Bele. In cuius rei testimonium nostrum sigillum duximus fore appensum. Actum datumque in Lemburga die sabatto in die beati Clementis, [1]) Anno domini millesimo quadringentesimo quinto. Presentibus Nobilibus testibus Oleskone Iudice, Sbroskone Burgravio Lemburgiensibus, Rewtho Tywno de Sczirzicz, Radkone de Soroki, Ywankone de Conuchy, Gregorio de Hownowo, ac alys quam pluribus fidedignis ad premissa.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa Nr. 54. Na pasku pergaminowym zawieszony odłamek pieczęci z herbem Habdank.

XI.

W Wrocławiu 23. Lutego 1406 r.

Mikołaj Swidnicz, adwokat konsystorza wrocławskiego, wnosi imieniem gminy lwowskiej apellacyę w sprawie o dziesięciny przeciw Janowi Rusinowi, plebanowi lwowskiemu, a arcybiskup halicki Jakób przystępuje we Lwowie na dniu 9. Kwietnia 1406 r. do tej appellacyi.

In Nomine Domini Amen. Sub Anno Nativitatis eiusdem Millesimo Quadringentesimo Sexto, Indiccione quarta decima, IX die mensis Aprilis, hora Conpletorum vel quasi in stuba maiori domus Reverendi in Christo patris et domini domini Iacobi dei gracia Archiepiscopi Haliciensis in Lemburga, Haliciensis diocesis, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocency pape septimi anno secundo in mei notary publici subscripti et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presencia constituti personaliter sagaces et honesti viri Nicolaus Berner protunc magister civium, Iohannes Worst, Petrus Eyzenhutyl, Nyco Rews, Petrus pellifex consules Lemburgenses, Iohannes Zomersteyn, Petrus Stecher, Nicolaus Smedfeld, Georgius Scheler, Nicolaus Gebel, Georgius Crebel nominibus ipsorum necnon tocius universitatis et communitatis dicti oppidi Lamburgensis, Haliciensis dyocesis, coram Reverendo in Christo patre et domino domino Iacobo, ut prefertur, Haliciensi Archiepiscopo prescripto prescriptus Nicolaus Berner tenens manibus suis duplices literas in pargameno scriptas non

---

[1]) S. Klemensa papieża przypada wprawdzie na 23. listopada, który atoli w r. 1405, był poniedziałkiem w sobotę zaś 21. listopada przypada Klemensa i Celsa.

rasas, non viciatas, non cancellatas nec in aliqua parte sui suspectas: unam videlicet tenorem appellacionis in se continentem et aliam tenorem adhesionis in se continentem per manus cuiusdam Strzeslai quondam Floriani de Cosiski, Clerici Gneznensis dyocesis, publici auctoritate imperiali notary, scriptas, confectas, publicatas eiusque signo consueto consignatas, prenominatus namque Nicolaus Berner volens, ut eisdem literis seu publicis instrumentis tanquam originalibus ubilibet fides sit adhibenda per me notarium publicum subscriptum easdem literas sive publica instrumenta petivit de verbo ad verbum transsumi et in publicam formam redigi. Nichilominus pretactus N(*icolaus*) B(*erner*) de voluntate et consensu tocius communitatis et quorumlibet incolarum quesivit et requisitum habuit prenarratum dominum Archiepiscopum voce non depressa, an et utrum hys adhereret, prout alys adhesit apellacionibus per ipsorum procuratorem ubicunque factis et fiendis contra et adversus quendam Iohannem Rews, gerentem se pro plebano Lamburgensi, ipsorum adversarium. Quiquidem sepenominatus dominus Archiepiscopus respondit et dixit: Prius adhesi et istis appellacionibus adhereo et in futurum adherebo, unde in maius robur firmitatis vobiscum stare, prout incepi, usque ad finem litis volo et intendo et has appellaciones meo maiori consueto sigillo muniri fideliter precepi et ratificavi. Cuius quidem tenor appellacionis sequitur de verbo ad verbum et est talis [1]).

In Nomine Domini Amen. Sub Anno Nativitatis eiusdem M°CCCC° sexto, Indiccione XIV, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocency divina providencia pape septimi anno ipsius secundo, die ultima mensis Ma(*r*)cy hora terciarum vel quasi in scola beate virginis in Cracovia, in mei notary publici subscripti testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presencia constitutus personaliter discretus vir Dominus Petrus Fabiani de Wolfram Cracoviensis dyocesis procurator et nomine procuratorio providorum virorum dominorum Petri Eyzenhutyl, Petri Sthecher, Iohannis Somersteyn et Nicolai Smedfeld necnon colonorum agricultorum et decimatorum ac tocius communitatis in parochiali ecclesia in Lamburga, Haliciensis dyocesis, suis tenens in manibus duplices literas in pargameno scriptas non rasas, non viciatas nec in aliqua sui parte suspectas: unam videlicet tenorem appellacionis in se continentem et aliam tenorem adhesionis in se continentem et de mandato cuiusdam Symonis quondam Iohannis de Wertinberg, clerici Wratislauiensis dyocesis, publici auctoritate imperiali notary scriptas, confectas et publicatas eiusque Signo consueto consignatas, predictus namque dominus Petrus procurator volens ut eisdem literis seu publicis instrumentis tamquam originalibus ubilibet sit fides adhibenda per me notarium publicum subscriptum easdem literas seu publica instrumenta pecyt de verbo ad verbum transsumpmi (*sic*) et in publicam (*formam*) redigi. Cuius quidem litere scilicet appellacionis seu publici instrumenti tenor de verbo ad verbum est talis:

In Nomine Domini Amem. Sub Anno Nativitatis eiusdem M°CCCC° sexto Indiccione XIV, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocency pape septimi anno secundo, die XX tercia mensis February, hora vesperorum vel quasi in civitate Wratislauiensi ac in domo scientifici viri magistri Nicolai Swidnicz advocati consistory Wratislauiensis in mei notary

[1]) Dokument ten mimo to, że składa się z kilku zgoła różnych od siebie części, jednak w oryginale jest cały pisany zupełnie bez ustępu. Wprowadziłem więc dla przejrzystości podział taki, jaki z treści wypada.

publici infrascripti testiumque subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus personaliter idem scientificus vir magister Nicolaus Swidnicz procurator et sindicus procuratorio et sindicatus nominibus Petri Eyzenhutyl, Petri Stecher, Iohannis Zomersteyn et Nicolai Smedfeld necnon colonorum, agricultorum et decimatorum et tocius communitatis in parochiali ecclesia in Lamburga, Haliciensis dyocesis, existencium ac omnium et singulorum oppidanorum communitatis oppidi Lamburga predicti, prout de sue procuracionis et sindicatus mandatis michi notario per nonnulla publica instrumenta coram me exhibita extitit facta plena fides, quiquidem magister Nicolaus nominibus quibus supra quandam cartham papiream formam appellacionis in se continentem suis tenebat in manibus eandemque voce sonora, intelligibili et expressa interponendo et insinuando de verbo ad verbum legit. Cuius appellacionis tenor sic interposite atque lecte sequitur per omnia et est talis:

In Christi nomine Amen. Cum appellacionis remedia in oppressorum et opprimi se timencium relevamen subsidiumque canonice fuerint adinventa, ex hinc ego Nicolaus Swidenicz, advocatus consistory Wratislauiensis, procurator et sindicus procuratorio et sindicatus nominibus Petri Eyzenhutyl, Petri Sthecher, Iohannis Somersteyn, Nicolai Smedfeld colonorum, agricultorum et decimatorum necnon tocius communitatis et cuiuslibet eiusdem communitatis in parochiali ecclesia in Lamburga, Haliciensis dyocesis, existencium coram te notario publico et autentica persona et fideli et testibus hic astantibus presentibus animo, intencione ac proposito evoca(*n*)di, provocandi et appellandi, dico, allego et propono: Quod licet prenominati Petrus Eyzenhutil, Petrus Stecher, Iohannes Somersteyn, Nicolaus Smedfeld coloni, agricultores et decimatores necnon tota communitas in Lamburga dicte Haliciensis diocesis semper fuerunt et hodie sunt obedientes fily in omnibus et singulis iuribus, in quibus ipsi et quilibet ipsorum sancte nostre ecclesie et specialiter dicte parochiali ecclesie in Lamburga et eiusdem ecclesie plebanis ibidem obnoxy seu obligati reddebantur et redduntur; attamen dominus Iohannes Rutheni, ibidem in Lamburga plebanum se pretendens, coram Sanctissimo in Christo patre et domino domino Bonifacio nono sancte memorie alias proposuit ac proponi procuravit iniuriose, valde perperam et inique, quod ipsi et quilibet ipsorum ipsum in decimis pretensis per eum contra eos et quemlibet ipsorum et in alys iuribus, que contra eos et quemlibet eorum pretendit, defraudassent et hodie defraudarent et causam et causas super prefatis contra ipsos et quemlibet ipsorum auctoritate apostolica, obrepticie et subrepticie committi obtinuit uni de wenerabilibus viris dominis et auditoribus causarum sacri pallacy apostolici (obrepticie et subrepticie commiti obtinuit) [1]) et ad instanciam dicti domini Iohannis Rutheni prefati et quilibet ipsorum de dicta communitate per eundem dominum auditorem,

---

[1]) Wyrazy w nawiasie widocznie przez omyłkę powtórzono.

in dictis causa et causis datum in iudicem, sub certis et magnis penis ad Romanam Curiam et sub certo termino citabantur legittime et processus, in quo totus tenor dicte emanate citacionis erat insertus et inseritur, in ecclesia Wratislauiensi tempore divinorum iannis ibidem affigebatur, et per hanc affixionem pretendens eos fore debite citatos, allegans metum et perhomestanciam *(sic)* quo ad totum regnum Polonie, licet false et iniuste, qui dictus locus Wratislauiensis ad nonaginta miliaria citra vel ultra a Lemburga oppido dictorum citatorum distare reputatur per multum malas meticulosas et insecuras vias, presertim quo ad tantam multitudinem citatorum; postquam vero dictus processus citacione ad noticiam dictorum citatorum et cuiuslibet eorum et ex fama solum deducebatur et pervenerit ad statim nondum decem diebus elapsis a noticia supradicte affixionis computando, contra dictum Iohannem Ruteni et contra dictum processum, citacionem et contra omnia et singula exinde sequuta et secutura et contra omnes alios et singulos sua interesse credentes, idem citati et quilibet ipsorum et aly plures cum eis ad sedem apostolicam appellarunt. Postmodum celerius ut potuerit suos certos nuncios, procuratores et sindicos contra dictum dominum Iohannem Ruteni pro eis et quolibet ipsorum constitutis Wratislauie ad locum affixionis dicti processus citacionis cum dicta interiecta appellacione transmittentes, qui missi nuncy, procuratores et sindici alias novas appellaciones a dicta prima appellacione non recedentes contra dictum dominum Iohannem Ruteni et contra alios et alia supradictos et supradicta de novo pro dictis citatis et quolibet ipsorum et eciam pro alys citatis in dicto processu citatorio nominatis et expressis interposuerunt, quas dictas appellaciones nominibus quibus supra una cum alys nominatis dicto domino Iohanni Ruteni, extunc Wratislauie personaliter comperto, coram testibus et notario insinuabant et ab eodem notario insinuacionum instrumenta efficaciter *(obtinuerunt* [1]), qui dictus dominus Iohannes in eodem insinuacionis tempore et post dictarum copiam appellacionum et minutorum postulabat similiter. et easdem copias post obtinuit cum effectu. Preterea dicti nuncy, procuratores et sindici nominibus quibus supra prefatas appellaciones cum alys minutis constitucionum procuratorum in Curia Romana et extra per certum nunccium et cursorem et eciam pecunias ad dictas causam et causas transmiserunt tempore legittimo, quas dictas appellaciones et alia minuta supradicta coram notario et testibus dicto nuncio cursori, extunc iter ad Curiam Romanum arripienti, publice et expresse presentabant; de qua presentacione et arrepcione itineris protestabantur sollempniter; eciam sic dictus nunccius dictas appellaciones, minuta et pecunias, tempestive ad Romanam Curiam veniens, presentavit, ut hoc habuit in commisso. Que omnia et singula supradicta per dictos processus

[1]) Wyrazu *obtinuerunt* nie ma w oryginale. Dodałem go, bo bez niego sens niezrozumiały.

citationum, appellacionum et alia minuta plurima et alias patent liquide, que ego dictus Nicolaus Swednicz nominibus quibus supra hic insero et pro insertis habere volo in quantum pro dictis citatis et pro quolibet ipsorum censentur facere non alias neque alio modo taliter per dictos citatos et quemlibet ipsorum prefatis sub efficaci diligencia dispositis et ordinatis, ut prefertur, credentes se revera per suos procuratores in Curia Romana constitutos contra dictum dominum Iohannem Ruteni debere defendi, sed tempore medio, qualiter hoc accidit, exnunc ignoratur, sed presumitur dolose et false, quod per totum pro parte dicti domini Iohannis Ruteni contra dictos citatos et quemlibet ipsorum in contumaciam processum erat in Curia Romana usque ad diffinitive sentencie calculum inclusive; per quam diffinitivam sentenciam excommunicati pronuncciantur, demandantur ad quingentos Florenos per eos Apostolice Camere dandos, alias sunt condempnati contra omnem diligenciam ipsorum supradictam, quod iura abhorrent, ut quisque indefensus multipliciter lesus contra omnem diligenciam suam per eum factam taliter aggravari debet, dum quod per quem non stat, mihi imputari non debeat. Quare digne et sancte dicti citati sic gravide lesi et aggravati, ut supradicitur, per iura ordinaria et extraordinaria videlicet per beneficium restitucionis in integrum seu per alia iuris aminicula contra dictum dominum Iohannem Ruteni et contra dictam diffinitivam et condempnatoriam sentenciam sustentari debeant. Qui inique dictus Iohannes Ruteni dictis iniuriosis aggravaminibus et lesionibus non contentus, sed magis iniurias et aggravamina accumulans, quendam pretensum processum, in quo tenor totus dicte diffinitive et condempnatorie sentencie comprehenditur, extraxit et extrahi procuravit et eundem processum, iniurias scandala plurimorum et ad grandes lesiones dictorum citatorum et cuiuslibet ipsorum iterum tempore divinorum, in quo maior populi multitudo ibidem solet convenire, ad ianuas ecclesie Wratislauiensis pluribus vicibus affixit et affigi disposuit. Quas dictas infamias, iniurias et lesiones, revera grandes et multiplices, ego Nicolaus procurator et sindicus supradictis nominibus, quibus supra, pro dictis citatis et inique condempnatis et quolibet ipsorum contra dictum dominum Iohannem Ruteni ad . . . . [1]) revocavi et revoco, estimans eas ad septingentos Florenos ungaricales in auro et legalis ponderis, salva estimacione maiori per predictos citatos et licet iniuste et minus legittime condempnatos in posterum facienda. Ex premissis igitur et quolibet premissorum sencio dictos citatos indebite condempnatos, aggravatos, lesos, iniuriatos et infamatos, unde et grande timens, quod eos et quemlibet ipsorum fieri durius per futurum. Quapropter ad Sanctissimum in Christo patrem et dominum dominum Innocencium divina providencia papam septimum et ad sacrosanctam Ro-

[1]) Wyraz nieczytelny.

manam ecclesiam, que graciose et pie est solita et solet tam iniuriose aggravatis relevari, dispensari, precipue contra dictum dominum Iohannem Ruteni et contra omnes et singulos sua esse credentes et contra dictam pretensam diffinitivam et condempnatoriam senteneiam et contra dictum processum eandem sentenciam continentem et contra supradictam affixionem eiusdem processus et contra omnia et singula exinde sequnta et secutura, in hys scriptis in nomine domini provoco, evoco et appello et apostolos primo instanter. secundo instancius, tercio instantissime et sub unico oracionis contextu peto a quolibet qui michi eos dare poterit, vel saltem a te notario publico desuper literas testimoniales et autenticas, subiciens dictos citatos et iniuste condempnatos et quemlibet ipsorum universa et singula bona eorum et cuiuslibet ipsorum tam mobilia quam immobilia necnon omnes et singulos ipsis et cuilibet ipsorum adherentes et in posterum adherere volentes, proteccioni tuicionique, defensioni, sacrosancte sedis apostolice audiencie; protestor eciam de insinuando appellacionem presentem et de copia danda eiusdem, sed sub expensis et sumptibus postulatis; demum protestor, quod presentem appellacionem possum corrigere, addere, minuere, mutare, interpretare et resolvere ac novam appellacionem interponere et eam insinuare, tociens quociens fuerit opportunum. ceterum iuris remedys et defensionum loco et temporibus opportunis obiciendys et deducendys pro dictis citatis et minus legittime condempnatis et quolibet ipsorum semper salvis. Super quibus premissis omnibus et singulis peto mihi a te notario publico, ut persona autentica et fideli, fieri ac confici unum vel plura instrumentum vel instrumenta. De quibus quidem interposicione, leccione appellacionis supradicte dictus magister Nicolaus a me notario publico infrascripto sibi presens confici pecyt publicum instrumentum. Acta sunt hec anno, indiccione, Pontificatus, die, mense, hora et loco predictis, presentibus dominis scientificis viris et dominis magistro Michaele Resenkirch procuratore consistory Wratislauiensis, Martino Iordansmole notario publico, Stephano de Luczna vicario ecclesie Wratislauiensis, Iohanne Nemna et Paulo Hoczenplacz clericis Wratislauiensis diocesis, notarys publicis et Stephano Ewys layco Wratislauiensis dyocesis, testibus ad premissa specialiter rogatis.

Sequitur subscripcio Notary.

Et ego Symon quondam (*Iohannis*) de Wartinberg Clericus Wratislauiensis dyocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, dicte appellacionis leccioni et interposicioni omnibusque et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, per magistrum Nicolaum Swedniez procuratorem supradictum agerentur et fierent, unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia sic fieri vidi et audivi, in notam recepi et in hanc publicam formam manu mea propia redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi, rogatus et requisitus, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. Constat mihi

Notario de diccionibus in XVIII linea deorsum computando positis et cancellatis non tam vicy (*sic*) sed errore commissis, quas tollo et omnino stare nolo ibidem per presentes.

Alterius vero litere seu publici instrumenti tenor de verbo ad verbum est talis:

In Nomine Domini Amen. Sub Anno Nativitatis eiusdem M⁰ CCCC⁰ sexto Indiccione XIV, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Innocency divina providencia pape septimi anno secundo, die IX mensis Marcy, hora terciarum vel quasi in seminario Wratislauiensi ante minus hostium ecclesie Wratislauiensis in mei notary publici infrascripti testiumque subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus scientificus vir magister Nicolaus Swidnicz advocatus Consistory Wratislauiensis, procurator et sindicus, procuratorio et Sindicatus nominibus Petri Eyzenhutyl, Petri Stecher, Iohannis Somersteyn, Nicolai Smedfeld necnon colonorum, agricultorum, decimatorum et tocius communitatis et omnium et singulorum oppidanorum communitatis civitatis Lamburga in ecclesia parochiali ibidem Haliciensis dyocesis existencium, prout de sue procuracionis iurato michi notario infrascripto per nonnulla instrumenta publica coram me exhibita et producta extitit facta plena fides; cuius quidem procuracionis et mandati vigore idem magister Nicolaus nominibus quibus supra ac omnium et singulorum predictorum quoddam instrumentum publicum manu mea publica scriptum et consignatum forma appellacionis a quibusdam pretensis processibus et sentencys condempnatorys contra partes suas et pro parte dicti domini Iohannis Ruteni plebani ibidem in Lemburga in Curia Romana fulminatis in se continentem ac alias per ipsum XXIII mensis February Wratislauie ac in domo ipsius coram me notario infrascripto et testibus fidedignis interpositas et interiectas suis tenebat in manibus michique Notario pre et subscripto eandem appellacionem ad publicandum et insinuandum Magistro Iohanni Swidenicz procuratori dicti domini Iohannis Ruteni presentavit. Quod quidem instrumentum appellacionis recepi illudque memorato magistro Iohanni Swidnicz procuratori dicti Iohannis Ruteni ibidem personaliter constituto alta et intelligibili voce voceque sonora et expressa de verbo ad verbum ultra medietatem perlegi sibique eandem appellacionem insinuavi, publicavi et intimavi et ad ipsius noticiam deduxi per presentes. Cuius quidem appellacionis tenorem hic inserere obmisi propter ipsius prolixitatem. Moxque magister Iohannes Swidenicz procuratorio nomine dicti domini Iohannis Ruteni dictam appellacionem habuit pro publica et sibi pro sufficienter intimata ipsamque appellacionem approbavit, quo ad devolucionem appellacionis et non causas, petens consimile instrumentum appellacionis sub manu publica, sed sub expensis partis appellantis et non sue. Statim ex adverso magister Nicolaus Swidnicz procuratorio et Sindicatus nominibus, quibus

supra, protestatus fuit expresse, quod paratus esset, dare copias huiusmodi appellacionis sive *(re)*[1]) sub manu publica sive privata, sed sub expensis postulantis, non autem sub expensis parcium suarum, nisi de iure tenentur; de quibus publice hinc inde protestabantur et sibi pecierunt fieri unum vel plura publica instrumenta. Acta sunt hec anno, indiccione, pontificatus, die, mense, hora et loco, quibus supra, presentibus ibidem discretis viris dominis Petro Falkenberg, MathiaOlauia, Nicolao Dulna et Paulo de Hoczenplocz clericis et notarys publicis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Sequitur subscripcio Notary.

Et ego Symon quondam Iohannis de Wartinberg Clericus Wratislauiensis dyocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, dicte appellacionis insinuacioni, intimacioni et publicacioni omnibusque et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia sic fieri vidi et audivi rogatus et requisitus, in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi in fidem et testimonium omnium et singulorum.

Super quibus omnibus et singulis premissis et quolibet premissorum prelibatus dominus Petrus procurator et procuratorio nomine quibus supra a me natario publico subscripto pecyt sibi fieri et confici hoc presens publicum instrumentum. Acta sunt hec anno, indiccione, die, mense, pontificatus, hora et loco, quibus supra, presentibus ibidem discretis viris Iohanne Nicolai de antiquo Grothko Wratislauiensis, Iohanne Martini de Sator Cracouiensis, Mathia Clementis de Gnewcow Wladislauiensis dyocesis, publicis notarys, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Sequitur subscripcio notary.

Et ego Strzeslaus de Cosiski Floriani, Clericus Gneznensis dyocesis, publicus auctoritate imperiali notarius dictarum literarum seu publicorum instrumentorum transsumpcioni omnibusque singulis premissis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula premissa sic fieri vidi et audivi et fideliter conscribens in hanc publicam formam redegi, me quoque huic manu propria subscripsi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi rogatus et reqaisitus, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Super quibus omnibus et singulis premissis et quolibet premissorum prelibatus Nicolaus Berner nomine consulatus ac tocius communitatis dicti oppidi Lemburgensis pecyt a me notario publico infrascripto sibi fieri hoc presens publicum instrumentum. Acta sunt hec anno, indiccione, pontificatus, die, mense, hora et loco, quibus supra, presentibus ibidem discretis viris et dominis Thoma presbitero de Grabow Gneznensis, Stanislao de Gora Cracouiensis, Nicolao de Lanczberg

---

[1]) *re* umieszczono w nawiasie, bo zdaje się tylko przez omyłkę je tutaj na[illegible].

Wratislauiensis diocesum, Iohanne Mathie de Tessthy notarys dicti domini Archiepiscopi, Alberto Buchholcz et Abrehardo Malman laicis de Turon, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

S. N. Et ego Martinus olim Laurency de Lanczberg publicus imperiali auctoritate notarius huic transsumpcioni dictarum literarum seu publicorum instrumentorum necnon adhesioni appellacionum dicti domini Iacobi Archiepiscopi Haliciensis omnibusque alys et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula premissa sic fieri vidi et audivi, sed magis alys prepeditus negocys et legitimis causis per alium fideliter scribi feci meque huic manu propria subscribens, in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi rogatus et requisitus, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Oryginał na wielkim arkuszu pergaminowym w archiwum miasta Lwowa. N. 55. Na pasku pergaminowym zawieszona owalna pieczęć arcybiskupa wyciśnięta na czerwonym wosku a przedstawiająca N. Maryą P. z dzieciątkiem Jezus błogosławiącą klęczącego przed nią biskupa z napisem w otoku: *S. iacobi archiepiscopi haliciensis.*

XII.

W Przemyślu 7. Maja 1406.

Maciej biskup przemyski poświadcza, w jaki sposób mieszkańcy Rusi zwykli duchowieństwu opłacać daniny.

Mathias, Dei gracia Episcopus Premisliensis, universis et singulis presencium noticiam habituris significamus recognoscentes et publice profitentes hanc in nostra et Haliciensi diocesibus, in partibus Russie consistentibus, nunc esse et ab eo tempore fuisse, ex quo dicte partes Russie ad obedienciam sancte Romane Ecclesie sunt reducte, in decimis recipiendis et tollendis consuetudinem inconcusse, laudabiliter et pacifice observatam, quod in eisdem partibus Russie, in quibus disponente domino licet immeriti plebem et Dei ecclesiam gubernamus, locorum ordinary pro decimis de agris civitatum, opidorum et villarum provenientibus certam summam pecunie et non manipularem decimam recipiunt et ricipere consweverunt, ut ad easdem partes Russie populus katholicus liberius conflueret Ruthenosque et alios Scismaticos easdem partes inhabitantes potencius extirparet. Sacerdotes autem curati sive ecclesiarum parochialium rectores pro eorum obsequys annonas, que missales nuncupantur, aut loco annonarum certam pecuniam, de qua auctoritate ordinary interveniente, cum ipsorum parochianis convenire poterint, recipere consueverunt. Decimas

vero prediales, vel minutas eisdem curatis sacerdotibus seu ecclesiarum parochialium rectoribus tollendi et recipiendi neque ex privilegio, neque ex aliqua conswetudine locorum predictorum facultas atributa est aut potestas. Et ut hys litteris nostris testimonialibus in iudicys vel extra iudicia fides plenius adhibeatur ipsas sigilli nostri appensione sive munimine ad premissorum evidenciam fecimus roborari. Datum im Premislia die septima mensis May Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexto.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa N. 57. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć biskupa wyciśnięta na czerwonym wosku mocno uszkodzona, a przedstawiająca N. Maryą Pannę z dziecięciem, poniżej zaś tarczę herbową z zatartemi znamionami; napisu w otoku pozostała tylko połowa: *S. mathie episcopi...*

XIII.

W Rzymie 4. Marca 1407.

Angelus kardynał wydaje inhibicyą w sprawie zleconej mu przez Grzegorza XII papieża między Janem Rusinem, rektorem kościoła Najśw. P. Maryi we Lwowie, a miastem Lwowem i oficyałem halickim.

Angelus miseracione divina toto titulo sancte Potenciane Sacrosancte Romane Ecclesie presbyter Cardinalis, cause ac partibus infrascriptis a domino nostro Papa iudex et commissarius specialiter deputatus, Reverendis in Christo patribus dominis Archiepiscopis et Episcopis Haliciensi, Wratislaviensi, Cracoviensi, Olomucensi, Premisliensi et Wladimiriensi, eorumque in spiritualibus vicarys et officialibus, ac universis et singulis dominis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archipresbyteris, archidiaconis, cantoribus, scolasticis, thesaurarys et canonicis, tam cathedralium quam collegiatarum, parochialiumque rectoribus ecclesiarum ac vicerectoribus earundem et locatenentibus, presbiteris, curatis et non curatis, vicarys perpetuis, clericis natarys et thabellionibus quibuscunque, per civitates et dyoceses Wratislaviensem, Cracoviensem, Olomucensem, Premisliensem et Wladimiriensem ac alias ubiiibet constitutis ac omnibus executoribus et subexecutoribus tam auctoritate apostolica quam ordinaria in dictis civitatibus et dyocesibus existentibus, et presertim in civitate et opidis Wratislaviensi, Oppul, Nysa, Brega, Othmachaw, Falkenberg, dicte Wratislaviensis dyocesis, ac in Boytom et Auswiezen Cracoviensis dyocesis, in Lamburga Haliciensis diocesis, in Luczcha Wladimiriensis dyocesis, omnibusque alys et singulis, ad quem vel ad quos presentes nostre litere pervenerint et tibi Iohanni Rutheni

Rectori parochialis ecclesie Sancte Marie in Lamburga dicte Haliciensis dyocesis in huiusmodi causa principali, salutem in domino et mandatis nostris, ymo verius apostolicis, firmiter obedire. Nuper ex parte felicis recordacionis domini Innocenty pape VII quandam commissionem sive supplicationis cedulam nobis per certum suum cursorem presentatam nos cum ea, qua decuit, reverencia recepisse noveritis, tenorem qui sequitur continentem.

Beatissime pater! Quedam commissio talis tenoris:

Sanctissime pater, exponitur Sanctitati vestre pro parte humilis et devoti Sanctitatis vestre oratoris Iohannis Rutheni, rectoris parochialis ecclesie sancte Marie in Lamburga Haliciensis dyocesis: Quod licet lege divina sit statutum, quod quilibet Christi fidelis ex precepto domini tenetur solvere et dare decimas omnium fructuum et bladorum cum integritate ministris ecclesiarum, iure quoque comuni parochiani de predys in-et infra fines et limites parochianorum constitutis, tenentur solvere et dare decimas rectoribus parochialium ecclesiarum, infra quarum limites predia huiusmodi sunt constituta, non solum frumentorum, verum eciam piscinarum, molendinorum et aliorum in iure expressorum; tamen, pater Sanctissime, quidam parochiani dicte ecclesie, videlicet Petrus Isenhutel, Petrus Schecer, Iohannes Somerstein, Iohannes Smedefelt et nonnulli aly, quorum nomina dignemini habere pro expressis, pretendentes, se munitos per privilegia certorum regum et principum contra predicta in dicto Opido Lamburga dicto exponenti, ipsorum rectori, qui eisdem parochianis ministrat ecclesiastica sacramenta, contra dictum Apostoli, qui dicit: dignum est, ut per eum metantur temporalia, per quem seminantur spiritualia, de predys, agris, ortis, molendinis, piscinis decimas omnino dare recusant, dictique parochiani in dictis ipsorum privilegys asserunt contineri, quod pro decima solummodo sex grossi Boemicales loci ordinario duntaxat solvere teneantur, cum tamen decima pro quolibet manso extendit se ad minus ad centum grossos Boemicales secundum comunem cursum annorum; eosdem quoque sex grossos percipit loci ordinarius pro sua parte decimarum. Verum, pater Sanctissime, in partibus Russie predictis talis corruptela excrevit seu inolevit, quod ubi locate sunt civitates, opida, vel ville sub iure magdeburgensi, quod ibi pro decima solvitur certa minuta pecunia loci ordinario seu episcopo pro sua parte decimarum, que vix tricesima esse potest; rectori vero parochialis ecclesie de quolibet manso sive lanio per parochianos sive parochianum pro censu una mensura, que dicitur truncus siliginis et alia avene singulis annis comuniter solvitur et pagatur. Cumque prefatus exponens dictis suis parochianis super predictis mensuris et truncis siliginis et avene questionem et causam racione serviciorum et ministeriorum suorum, videlicet porreccionem sacramentorum, in foro ecclesiastico movere voluisset, Serenissimus princeps dominus Wladislaus Rex Polonie ad instanciam dictorum parochianorum se pro eisdem interposuit, et quandam disposicionem

pro solucione dictorum frumentorum fecit, deputando duos grossos Boemicales pro dictis frumentis de quolibet lanio sive manso ecclesie rectori predicto vel qui pro tempore fuerit duntaxat esse solvendum,[1]) cum tamen dicta frumenta de quolibet lanio sive manso secundum comunem cursum annorum ad valorem XII grossorum Boemicalium se extendunt; ita quod ubi rectores parochialis ecclesie predicte secundum predictam corruptelam pro frumentis predictis et pro oneribus et serviciys dicto rectori venirent viginti quinque marche, vix veniunt tres cum dimidia; ita quod propter huiusmodi deposicionem ad instanciam consulum et comunitatis ac agricolarum in parochia dicte ecclesie parochialis existencium et propter recusacionem solucionis decimarum agricolarum fratrum Minorum et Predicatorum, qui villas, possessiones, lanios et agros, predia et alias hereditates infra fines et limites parochie dicti Rectoris exponentis dicuntur habere et possidere, de quibus eciam secundum sacrorum canonum instituta predictas decimas eidem rectori exponenti solvi deberent, dicto rectori de eisdem decimas solvi recusant et dictarum villarum incolis, villanis, colonis et agricolis, ne dicto rectori exponenti decimas solvant, inhibuerunt et inhibent. Quidam eciam Iacobus, presbyter Haliciensis dyocesis, gerens se pro Officiali Haliciensi in dicta Lamburga, dictum rectorem exponentem et ipsius ecclesiam hospitali sancti Spiritus nuncupato ad dictam parochialem ecclesiam et eius rectorem pro tempore existentem spectanti et dicte Ecclesie parochiali annexo spoliavit. Et ex hys omnibus predictis ecclesia rectoris exponentis ita graviter extitit offensa, quod propter huiusmodi non solucionem decimarum et spoliacionem dicti hospitalis per predictum Iacobum factam, cultus divinus non modicum decrescit in ecclesia predicta et minuitur, quin ymo ipse rector sustentationem habere, iura episcopalia solvere, hospitalitatem tenere et alia onera, racione dicte sue ecclesie sibi incumbencia, supportare vix potest. Nuper eciam, pater beatissime, inter prefatum exponentem ex una, et consules dicti Opidi, nomine totius comunitatis et fraternitatis sancte Marie in dicta Lamburga, Haliciensis dyocesis, super iure patronatus altaris beate gloriose Virginis, siti in dicta ecclesia parochiali, orta fuit materia questionis. Tandem ipse partes in arbitros arbitratores videlicet Reverendissimum patrem dominum Iacobum Archiepiscopum Haliciensem, Iohannem de Luben asserentem se decretorum doctorem, Magistrum Stephanum asserentem se licenciatum in decretis et Iure Canonico et rectorem parochialis ecclesie in Korczin Cracoviensis diocesis, Iohannem de Ternow (*sic*) palatinum Cracoviensem, Iessconem Masowitam, Benkonem de Zabokruck armigeros Haliciensis dyocesis, et alios, quorum nomina et co-

[1]) W miejscu, w którem dzisiaj stoją wyrazy od *ecclesie rectori* do *solvendum* stało pierwotnie co innego; pierwotne wyrazy wydrapał sam notaryusz, wpisał te, które wydrukowano w texcie i wskazał na to wyraźnie w swoim podpisie.

gnomina Sanctitas vestra dignetur hic habere pro sufficienter expressis, super predicto iure patronatus et alys causis, que tunc inter partes ipsas vertebantur, compromiserunt, prout in dicto compromisso, cuius tenorem Sanctitas vestra eciam dignetur habere pro sufficienter expresso, continetur. Tandem ipse Iohannes de Luben et Magister Stephanus, de voluntate et consensu predicti Archiepiscopi Haliciensis et aliorum coarbitrorum presentorum, immemores ipsorum salute, super re in eosdem arbitros non compromisso pronunciare non verebantur, dictis consulibus et fraternitati laicis duas partes, et rectori parochialis ecclesie predicte, videlicet exponenti, terciam partem oblacionum in dicto fraternitatis altari adiudicarunt, proveniencium singulis diebus dominicis et festivis pro fabrica ecclesie ipsius exponentis convertendum contra formam iuris et fundacionem et ereccionem dicti altaris adiudicarunt. Cum autem dictus exponens omnes oblaciones predictas in ecclesia predicta et altari, presertim ex dicto fraternitatis altari provenientes a tempore erectionis et fundacionis dicti altaris percepit et in pacifica possessione dictarum oblacionum per multos annos fuit secundum privilegia fundacionis et erectionis dicti altaris, cupientes dicti arbitri arbitratores Iohannes de Luben et Stephanus licenciatus perversi cum suis arbitris de predictis oblacionibus, ad ipsum exponentem, ut premittitur, spectantibus, domum dei edificare minime attendentes, perversi arbitri predicti, quod eciam dicti exponentis in iuribus suis et bonis ante alienacionem dictarum oblacionum item exterminata fuit et est per querelas et iniusticias dictorum consulum et communitatis, quod rector dicte ecclesie congruam sustentacionem habere, iura episcopalia solvere, hospitalitatem tenere, aliaque onera dicto rectori exponenti ratione ecclesie et populi sui incumbencia, ut superius expressum est, vix potuit seu potest supportare. Cumque per prefatum exponentem ad sanctam sedem apostolicam et felicis recordacionis dominum Bonifacium papam IX, Sanctitatis vestre predecessorem, viva voce fuisset et esset appellatum seu reclamatam pro eo, quod perversi arbitri predicti pronunciaverunt, duas partes oblacionum in dicto fraternitatis altari proveniencium pro fabrica ecclesie per laicos esse percipiendas, ipseque exponens se tuicioni et proteccioni predicte sedis et domini Bonifacy predicti subiecisset et submisisset; mox tamen hincinde consules ad huiusmodi appellacionem responderunt, dicentes expresse: Et nos volumus ad Regem Polonie et coram illo volumus querulari, quod non vultis servare compromissum et laudum inter nos et vos per predictos arbitros pronunciatum. Ad quod prefatus exponens alta et intelligibili voce et expresse dixit, protestando, quod si iurisdiccio apostolica et querela dictorum consulum in persecucione huiusmodi appellacionis impediretur per quemquam, et ipsum exponentem aliqua dampna vel pericula post huiusmodi appellacionem et submissionem directe vel indirecte, publice vel occulte, incurrere contingeret; et protestatus fuit dictus exponens, quod huiusmodi dampna et pericula et interesse ab

ipsis consulibus vellet iudicialiter postulare. Demum, pater beatissime, consules prefati unacum quodam Petro Wolfram, asserente se ipsorum notarium, nomine ipsorum et nomine totius communitatis ac eciam nomine fraternitatis sancte Marie predicte, hoc minime advertente, ipso exponente astante et presente coram Serenissimo domino Wladislao Rege Polonie predicto contra exponentem querulose proposuerunt, quod ipse exponens arbitrium et pronunciacionem per Reverendissimum patrem dominum Iacobum Archiepiscopum haliciensem, Iohannem de Luben et Stephanum perversos arbitros cum alys suis coarbitris factam servare non curaret, et quod ab eadem sentencia et pronunciacione dictorum arbitrorum dictus rector exponens ad sedem apostolicam appellasset, postulantes et petentes dicti consules cum Petro notario predicto coram prefato domino Rege penam, ut dicebant, inter ipsum exponentem et consules vallatam; quorum eciam compromissi, pene et pronunciacionis tenorem sanctitas vestra dignetur habere pro sufficienter expressis. Tandem exponens prefatus coram domino Rege predicto reclamans dixit, quod si aliquam penam dictis consulibus, communitati aut fraternitati teneretur, quod eandem a dicto exponente iudicialiter in foro ecclesiastico postularent. Ad hoc ipsi consules replicando dixerunt coram prefato domino Rege, quod nollent ad curiam Romanam nec ad dominum papam, sed ad dominum Regem habere recursum in factis nostris, sic pervidentes (?) sanctam Romanam Ecclesiam et Sanctitatem vestram. Hys itaque peractis, Serenissimus Rex Polonie, predictis nobilibus suis quam pluribus vocatis, coram multitudine plebis publice arbitros predictos requisivit, quomodo sentenciam arbitry inter ipsum exponentem et consules predictos pronunciassent. Extunc Iohannes de Luben doctor, Stephanus licenciatus predicti, de consensu Archiepiscopi Haliciensis predicti et aliorum coarbitrorum, coram domino Rege predicto dictam sentenciam arbitry declaraverunt inter cetera, quod ipsi consules nomine dicte fraternitatis laicorum deberent et debeant percipere duas partes et rector ecclesie predicte predictus terciam partem oblacionum proveniencium in altari fraternitatis supradicto singulis diebus dominicis et festivis; statimque dictus exponens respondit dictis arbitris, quod nunquam compromisisset in eos super oblacionibus predictis nec de isto articulo fuisset aliqua mencio facta in compromisso, et quod se submisisset proteccioni et tuicioni sedis apostolice et domini Bonifacy, petens se in presencia dicti domini Regis ad forum ecclesiasticum remitti, ex quo esset ecclesiastica spiritualis persona. Prefati vero dominus Iacobus Archiepiscopus, Iohannes de Luben doctor, Stephanus licenciatus perversi, qui debebant ipsum dominum Regem informare, quod se de causis ad forum ecclesiasticum de iure et consuetudine spectantibus nullo modo intromitteret, propter penas contra tales in iure expressas tanquam canes latrare ne valentes, ut pronunciacio ipsorum arbitrorum non retrocederet, sed quod incitando ipsum dominum Regem contra personam dicti exponentis altis vocibus coram dicto domino dixerunt, sic

secum et super omnibus est compromissum; sic quod ad instanciam dictorum consulum et ad verba Iohannis de Luben doctoris et Stephani licenciati, de consensu Archiepiscopi Haliciensis et Iohannis de Tornow (*sic*) prolata, ipse exponens ad forum ecclesiasticum nec non ad sedem apostolicam dominumque Bonifacium predictum, cuius se tuicioni appellando submisit, non fuit nec est remissus, sed ipsum remittere recusarunt; dominus quoque Rex predictus ad verba dictorum Iohannis de Luben doctoris et magistri Stephani licenciati predictorum immediate dixit: Nonne est arbitris istis credendum. Et extunc prefatus dominus Rex predictum exponentem seriose requisivit, primo si vellet tenere arbitrium et pronunciacionem per prefatos arbitros factam; ad quod prefatus rector exponens respondit replicando, se in iure ecclesiastico conservare petendo. Secundum et iterum prefatus dominus Rex requisivit dictum exponentem, utrum dictum arbitrium tenere vellet et servare; ad quod prefatus exponens, considerans indignacionem Regis, timore et metu ductus, qui cadere potest in constantem virum, respondit: domine Rex, fiat voluntas vestra. Et demum tercio instantissime predictus Rex iterum dictum exponentem requisivit, utrum dictum arbitrium et pronunciacionem tenere vellet et inviolabiliter observare, ad quod prefatus rector et exponens iterum respondit: Serenissime Rex, volo tenere. Et contra dominus Rex subiunxit: quod si non fecisses, dedissem te ad manus Archiepiscopi, recordaris, quod alias tenueramus te; dicatis, domine Iohannes de Tornow, (*sic*) quare alias tenuerimus eum in vinculis. Qui quidem Iohannes de Tornow (*sic*) Palatinus Cracoviensis enarravit dicens eciam: domine Rex ipse rector recursum habuit ad papam et impetravit ecclesiam de collacione vestra, et pro eo ipsum captivastis et captivari fecistis et adhuc cessare non vult neque curat. Propter huiusmodi verba opprobriosa minas et terrores dicti domini Regis ad instanciam consulum et Petri notary predictorum, et ex favore Archiepiscopi Haliciensis, Iohannis de Luben doctoris, Stephani licenciati et Iohannis de Tornow predictorum, qui debebant ipsum dominum Regem informare, ne taliter iurisdiccio appostolica impediretur ac persona ecclesiastica diffamaretur, et quod predictus rector exponens per dictum dominum Regem alias captus et detentus extitit et competibus fereis ligatus, submittere se opportuit, propter minas predictas et penas per ipsum Regem vallatas, ad levandas duas partes oblacionum per consules et laicos memoratos. Cum tamen ecclesia dicti exponentis in decimis, primicys et oblacionibus in tantum extenuata existit, quod ipse exponens cum onere suo vix habet seu habere congruam sustentacionem potest; et quod, pater beatissime, prefatus exponens tociens se petivit ad forum ecclesiasticum in causis predictis et ad forum ecclesiasticum spectantibus remitti, sed propter instanciam oportunam dictorum consulum et verba ac pronunceiacionem dicti Archiepiscopi, Iohannis de Luben doctoris et Stephani licenciati et Iohannis de Tornow palatini Cracoviensis predictorum, qui ipsum Regem informare debebant, ut doctores, ut

se de causis ad forum ecclesiasticum spectantibus non intromitteret et iurisdicionem apostolicam non impediret, propter penas et censuras in iure canonico expressas, quod tamen non fecerunt, propter quod non solum ipse exponens est offensus, sed et sponsa Sanctitatis vestre sancta mater ecclesia pro eo, quod ipse exponens ad forum ecclesiasticum et ad sedem apostolicam in huiusmodi causa non est remissus; cum igitur, pater beatissime, de iure scripto sit prohibitum, ne fratres mendicantes habeant propria, et ideo non sit racioni consonum, eciam si haberent tales posessiones infra limites parochie dicti exponentis, quod ipsi fratres aut eciam quicunque rectores dicte ecclesie parochialis pro tempore decimas solvi consuetas de iure ipsi exponenti non persolvant, aut quod solvere debentibus id inhibere debeant; eciam, pater sanctissime, cum ipse rector exponens et aly rectores, qui erunt pro tempore eiusdem ecclesie, per perversam ordinacionem dicti domini Regis Polonie nimium sunt dampnificati et dampnificantur in dies, qui vult in effectu, quod pro quolibet manso racione decimarum solvant annis singulis eidem pro tempore duntaxat duo grossi Boemicales, ubi de iure predicti solvere debent pro huiusmodi quolibet manso singulis annis XII grossos; quia eciam, pater sanctissime, spoliatum primo et ante omnia est restituendum et sic non licuit neque liceat dicto Iacobo Officiali Haliciensi predictum hospitale sancti Spiritus, quod dicte Ecclesie est annexum et quod ad dictum exponentem racione dicte ecclesie parochialis pertinet, diutius occupatum detinere in ipsius exponentis et ecclesie sue predicte preiudicium et iacturam; item, pater sanctissime, quod per dictum perversum compromissum et pronuncciacionem arbitrorum perversorum predictam et approbacionem, ut premittitur, per eundem exponentem coram dicto domino Rege per metum, qui cadere in constantem (*potest* [1]), factam, ipse exponens et rector eiusdem ecclesie, qui erit pro tempore, essent nimium dampnificati et gravati, si predicta sic servarentur: ideo recurrit ad pedes Sanctitatis vestre idem dominus Iohannes Rector et exponens et humiliter supplicat, quatenus alicui ex venerabilibus et circumspectis viris dominis vestri sacri palacy causarum auditoribus committere dignemini et mandare, quatenus de premissis sumarie, simpliciter et de plano et sine strepitu et figura iudicy, sola facti veritate inspecta, informet et super informacionem huiusmodi predicta repereat veritate fulciri, quod auctoritate apostolica dictam perversam ordinacionem dicti domini Regis Polonie super pretensa solucione duorum grossorum de quolibet manso, ut pretenditur, factam, revocet, casset et annulet et dictum exponentem ac ecclesiam seu rectorem pro tempore eiusdem in pristinum statum reponat et restituat, dictisque fratribus mendicantibus mandet, ut a predictis inhibicionibus de non solvendo decimas exponenti predicto desistant et inhibiciones iam factas revocent seu revocari fa-

[1]) *potest* nie ma w oryginale.

ciant plenarie et cum effectu, eisque et singulis colonis, agricultoribus et decimatoribus in et sub parochia ipsius exponentis existentibus, sub excomunicationis et alys formidalibus penis pecuniarys mandet et moneat eosdem, quatenus omnes et singulas decimas, tam de iure quam de consuetudine rectori pro tempore dicte ecclesie parochiali persolvi de iure debitas, locis et temporibus solitis et consuetis integraliter et cum effectu dicto exponenti persolvant; predictoque Iacobo Officiali certum terminum peremptorium competentem prefigat, in quem sub penis predictis dictum hospitale, quod dicte ecclesie parochiali ipsius exponentis est annexum, liberum, vacuum et expeditum ac omnino dimittat, et de fructibus ex ipso a tempore huiusmodi spoliacionis citra perceptis satisfaciat integraliter et cum effectu, et eciam infra eundem terminum ipsis et cuilibe teorum ad hoc per ipsum dominum auditorem statuendis eundem dominum auditorem de huiusmodi peticione certificent, alioquin lapso huiusmodi termino compareant legitime coram eo ad videndum et audiendum, se predictas penas et sentencias ac censuras declarare incidisse cum potestate aggravandi et reaggravandi predictos et invocandi, si opus fuerit, auxily brachy secularis et exequendi predicta per edictum in Romana Curia et extra, in partibus in locis circumiectis, videlicet in Wratislauiensi et Oppoliensi, Wratislauiensis diocesis ecclesys affigendum, cum ad eos in viciniori loco non pateat tutus accessus, et cum potestate denunciandi excomunicatos eos, qui studiose cum brachio laicali impedierunt dictum Iohannem in foro ecclesiastico suam consequi iusticiam in premissis. Et nihilominus, pater beatissime, ne ecclesia predicta et ipse exponens ac rector, qui erit pro tempore eiusdem Ecclesie, propter compromissum et laudum predictum gravaretur iniuste, eidem domino auditori committere dignemini et mandare, quatenus prefatum exponentem in integrum adversus compromissum et laudum ac ipsorum approbacionem predictam in eo statu, in quo fuit ante, restituat, vel saltem predictam sentenciam dictorum arbitrorum, predictorum adarbitrorum, ad arbitrium boni viri reducat et reduci faciat, causasque reduccionis huiusmodi et negocy principalis nec non nullitatis dicti perversi laudi audiat et fine debito terminet et decidet, cum omnibus et singulis emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis, et cum potestate citandi eosdem Petrum Wolfram altaristam dicti altaris, Nicolaum Gubel, Iohannem Smedefelt, Conradum Ryppin et Barthonem sartorem, Iohannem Sumerstein laycos, consules et opidanos nec non universitatem opidi ac eciam fraternitatem predictos tam coniunctim quam divisim, eciam per edictum in Romana Curia et extra in partibus in locis predictis affigendum, cum ad eos in ulteriori loco non pateat tutus accessus, tociens quociens opus fuerit, non obstante, quod causa seu cause huiusmodi non sint ad Romanam Curiam legitime devolute nec in ea de sui natura tractande seu eciam finiende, compromisso sententie statutis et ordinacionibus et omnibus supradictis apostolicis imperialibus constitucionibus, stilo palacy et alys in contrarium faciendis non obstantibus quibuscunque.

que sic signata reperitur:

De mandato domini nostri pape audiat Nicolaus Episcopus Ferentinus et informet se de expositis summarie etc., ut petitur, et si ea reperiat esse vera, dictam ordinacionem revocet et casset et dictum rectorem restituat et reponat, ac mandet et moneat et pretigat terminum, declaret et aggravet et invocet etiam per edictum et citet, ut petitur, et exponentem in integrum restituat et reducat, ut petitur, et iusticiam faciat.

fuit presentata Reverendo patri dicto domino Nicolao Episcopo Ferentino, qui in vim ipsius certas literas monitorias et citatorias per edictum exequendas decrevit, continentes excommunicacionis sentenciam et diversas alias penas et censuras. Quibus taliter qualiter executis, Reverendus pater dominus Iacobus Episcopus Aquilanus et dicti palacy auditor, qui loco dicti domini Nicolai Episcopi Ferentini successit quo ad premissa propter ipsius domini Nicolai absenciam a Romana Curia, declaravit, nonnullos ex prenominatis in dicta tali quali commissione excommunicacionis sentenciam et nonnullas alias penas et censuras incidisse, licet, ut creditur, nulliter. Super oblacionibus autem dictus Iohannes Rutheni quendam obtulit libellum contra Petrum Fabiani et aliquos alios ac consules et universitatem et fraternitatem sacte Marie dicti opidi et contra dominum Iacobum officialem quendam alium super dicto hospitali. Super quibus contestatis litibus processum est ad observacionem omnium terminorum substancialium vel quarumcumque.

Beatissime pater! Quantum ad decimas, Archiepiscopus Haliciensis pretendit et asserit, decimas et ius decimandi dicti opidi et in eo ad se spectari, aut se fore in possessione percipiendi eas. Quo autem ad oblaciones, dicti consules et confratres non querunt eas convertere in proprios usus: si dictus Iohannes Rutheni artatus est vigore dictorum arbitrorum sic, quod due partes ex ipsis oblacionibus converti debeat iuxta arbitria in utilitatem et ornamentum ecclesie, bene quidem; sin autem habeat eas ipse Iohannes aut quivis alius, qui debet, ipsi consules, confratres et opidani non curant. Supplicatur itaque Sanctitati vestre pro parte Reverendi patris domini Iacobi Archiepiscopi Haliciensis, consulum, universitatis, confratrum et aliorum, pro quibus hic sunt procuratores, quos premissa seu aliquid eorum tangunt tam coniunctim quam divisim, quatenus omnes et singulas causas predictas et omnia ipsa negocia ad vos advocare dignemini, et alicui de Reverendissimis patribus dominis sancte Romane Ecclesie Cardinalibus committere dignemini, quod se informet de iuribus dicti arbitry seu arbitramenti quantum ad oblaciones, et, si eidem videbitur honestum quod in eo dispositum fuit, illud faciat observare. Sin autem mandet liberam disposicionem oblacionum eidem Iohanni dimitti, quia nullum sibi fiet in hoc impedimentum. In quantum autem tangit materiam decimandi et decimas percipiendi aut solvendi, dignemini eidem Cardinali committere et mandare, quod causam inter Archiepiscopum et ipsum Iohannem Rectorem super decimis et iure decimandi audiat et fine

debito terminet cum incidentibus, emergentibus, dependentibus et connexis, et quod interim habitatores et incolas non permittat molestari super solucione fienda de eis ultra solitum, cum eciam non sit conveniens, quod solvant duobus. Dignemini eciam eidem Cardinali committere causam et causas nullitatis et nullitatum dictorum monitory et declaracionis et aliorum factorum per dictos Nicolaum et Iacobum Episcopos et Auditores et secutores ex eis ac eciam dictam causam hospitalis audiendi et fine debito terminandi cum incidentibus, emergentibus et connexis tam coniunctim quam divisim, cum potestate et quatenus expediens fuerit absolvendi omnes et singulos prenominatos a dictis excommunicacionis sentencys ac alys penis et censuris simpliciter et ad cautelam statu et tenoris dictarum licium omnium et singulorum et ceterorum, de quibus supra facta est mencio, que omnia hic dignemini habere pro sufficienter expressis, et alys in contrarium editis non obstantibus.

In fine vero dicte commissionis sive supplicacionis cedule scripta erant de alterius manus litera, superioris litere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa, hec verba.

De mandato domini nostri pape, qui dictas causas advocavit, audiat Reverendissimus pater dominus Cardinalis Laudensis, informet se de iuribus arbitramenti etc. ac faciat illud observare, si fuerit iustum, et non permittat molestari incolas etc., ac absolvat simpliciter et ad cautelam, si et prout de iure, et alias procedat, prout petitur, et iusticiam faciat.

Cuiusquidem commissionis vigore inter partes predictas ad nonnullos actus in huiusmodi causa coram nobis processo et prefato domino Innocencio papa VII. de medio sublato, ac Sanctissimo in Christo patre et domino nostro domino Gregorio divina providencia papa XII. ad summi apostolatus apicem assumpto, causaque et causis huiusmodi per nos de dicti domini nostri pape mandato debite resumptis, subsequentes idem dominus noster papa quandam aliam commissionem sive supplicacionis cedulam nobis per certum suum cursorem presentare fecit, quam cum simili reverencia recepimus, tenorem qui sequitur continentem:

Dignetur Sanctitas vestra committere, si placet, Reverendissimo patri domino Cardinali Laudensi causam et causas nullitatis et nullitatum quorundam perversi monitory, per Reverendum patrem dominum Nicolaum Episcopum Ferentinum, apostolici palacy causarum, ut pretenditur, decreti, et cuiusdam perverse declaracionis sentencie, inde, ut pretenditur, secute, late per Reverendum patrem diminum Iacobum Episcopum Aquilanum, eiusdem palacy causarum Auditorem, occasione nonnullarum decimarum et rerum aliarum, contra Iohannem Somerstein ad instanciam cuiusdam Iohannis Rutheni pretensi rectoris parochialis ecclesie sancte Marie in Lamburga Haliciensis dyocesis, ac eciam causam negocy et negociorum

principalium, tam coniunctim quam divisim audiendam, decidendam et fine debito terminandam cum omnibus incidentibus, emergentibus, dependentibus et connexis, ne earum continencia dividatur, cum eidem Reverendissimo patri domino Cardinali commisse fuerint et coram eo pendeant indecise cause nullitatum eiusdem monitory et eiusdem sentencie contra alios eodem contextu decreti et late ad instanciam eiusdem perversi rectoris super eadem materia.

In fine vero dicte commissionis sive supplicacionis cedule scripta erant de alterius manus litera, superioris litere ipsius cedule penitus et omnino disssimili et diversa, hec verba:

Audiat idem Reverendissimus pater dominus Cardinalis Laudensis et iusticiam faciat.

Quarumquidem commissionum vigore nos Angelus Cardinalis, Iudex et Commissarius prefatus, fuimus per discretum virum Magistrum Iacobum de Submago in Romana Curia ac predictorum Petri Eyzenhuttil, Petri Stechcher, Nicolai Smedefeld, Iohannis Somerstein laicorum, consulum et opidanorum nec non universitatis opidi in Lamburga dicte Haliciensis dyocesis ac fraternitatis predicte et aliorum predictorum procuratorem, prout de sue procuracionis mandato nobis ex actis cause huiusmodi coram nobis habite plene constabat et constat documentis, cum instancia debita requisiti, quatenus in causa et causis huiusmodi ipsi Iohanni Rutheni principali, omnibusque alys et singulis supradictis intimare et inhibere ac literas intimatorias et inhibitorias in forma solita et consueta decernere et concedere dignaremur. Nos igitur Angelus Cardinalis, iudex et commissarius predictus, attendentes requisicionem huiusmodi fore iustam et consonam racioni, et quod iusta petentibus non est denegandus assensus, nolentes cuiquam in iusticia deficere, prout eciam non debemus, in causa seu causis huiusmodi auctoritate apostolica, nobis in hac parte commissa, duximus inhibendum, et tenore presencium inhibemus, ne vos domini archiepiscopi, episcopi, vicary, abbates, priores, prepositi, decani, archipresbyteri, archidyaconi, cantores, scolastici, thesaurary et canonici, ecclesiarum rectores, presbyteri, clerici, notary et tabelliones publici, executores et subexecutores, ac omnes aly supradicti, et presertim tu Iohannes Rutheni, principalis in causa et causis huiusmodi coram nobis indecise pendentibus, quovismodo publice vel occulte, directe vel indirecte, per vos vel submissas personas, in vilipendium et contemptum iurisdictionis nostre et predictarum commissionum ac preiudicium et detrimentum prefatorum Petri Eyzenhuttil, Petri Stechcher, Nicolai Smedefeld, Iohannis Somersten consulum et opidanorum nec non universitatis ac omnium aliorum predictorum principalium, in predictis commissionibus principaliter nominatorum, in causa seu causis huiusmodi quidquam attemptare seu innovare presumatis. Quod si secus factum fuerit, id totum revocare et ad pristinum statum reducere curabimus Deo et iusticia mediante. Que omnia et singula su-

pradicta vobis omnibus et stngulis supradictis tenore presencium intimamus, insinuamus et notificamus ac ad vestram et cuiuslibet vestrum noticiam deducimus et deduci volumus per presentes, ne de premissis aliquam ignoranciam pretendere valeatis seu eciam allegare. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium presentes nostras inhibitorias literas, seu presens publicum instrumentum, huiusmodi nostras literas inhibitorias in se continens, exinde fieri et per Iohannem notarium publicum, nostrumque et huiusmodi cause coram nobis scribam, infrascriptum, subscribi et publicari mandavimus, nostrique maioris sigilli appensione iussimus communiri. Datum et actum Rome in domo residencie nostre in Regione Parionensi sub anno a nativitate domini millesimo CCCCVII, Indiccione XV, die Veneris, IIII[ta] mensis Marcy, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregory pape XII predicti anno primo. Presentibus ibidem Reverendo in Christo patre domino Marino Electo Aprutinensi et discreto viro Magistro Iohanne de Sceruany in Romana Curia procuratoribus, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. [1])

S. N. Et ego Iohannes Stalberch, clericus Halberstadiensis diocesis, publicus appostolica et imperiali auctoritate notarius, dictique Reverendissimi in Christo patris et domini domini Angeli Cardinalis, iudicis et commissary et huiusmodi cause coram eo scriba, quia predicte inhibicionis peticioni, eiusque decreto, ac alys omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, ideo de mandato et voluntate dicti domini Cardinalis, iudicis et commissary, hoc presens publicum instrumen-

---

[1]) Ogromny ten dokument w oryginale pisany jest od początku do końca bez wszelkiego ustępu i podziału. Starałem się podzielić go w druku na te części, z których się składa. Ponieważ zaś mimo to treść jego mogłaby być jeszcze nie zupełnie jasną, będę się starał opisać ją tutaj dokładnie.

A więc kardynał Angelus oznajmia, iż otrzymał od ś. p. papieża Innocentego VII. kommissyą, w któréj zawierała się:

1) Kommissya dla biskupa Mikołaja, zawierająca znów w sobie (*quedam commissio talis tenoris*):

a) skargę Jana Rusina str. 31—37 (*que sic signata reperitur*)

b) kommissyą papieża str. 38.

To wszystko *quedam comissio.... sic signata... fuit presentata* biskupowi Mikołajowi (str. 38), zaczem następuje:

2) opis, co zrobił biskup Mikołaj a po nim Jakób (str. 38).

Przeciwko ich czynom zaniesiono skargę do papieża z drugiej strony.

3) Ta skarga str. 38—39; na mocy któréj dał papież Innocenty VII.:

4) swą kommissyą str. 39.

Tymczasem umarł Innocenty VII., a Grzegorz XII. dał kardynałowi Angelowi nową kommissyą, zawierającą:

I.) Skargę przeciwników str. 39—40,

II.) samą kommissyą Grzegorza XII. str 40.

Zaczem w końcu następuje inhibicya kardynała Angela str. 40—42.

tum per alium fidelem, me alys legittime occupato negocys, fideliter scriptum et me subscriptum inde confeci, et in hanc publicam formam redegi, quam signo et nomine meis solitis et consvetis unacum dicti domini Cardinalis, iudicis et commissary, maioris sigilli appensione consignavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. Constat michi notario de rasura diccionum: „ecclesie rectori predicto vel qui pro temporefuerit duntaxat esse solvendum", [1]) non vicio sed errore facta unde eam presentibus approbo et affirmo.

Oryginał na ogromnym arkuszu pergaminowym w arch. miasta Lwowa nr. LVIII. na sznurku z jedwabiu czerwonego zawieszona bardzo znacznie uszkodzona, na czerwonym wosku wyciśnięta owalna pięczęć kardynała, przedstawiająca trzech świętych, nad nimi Najśw. Maryą Pannę. Dół znacznie uszkodzony, tak samo napis w otoku.

XIV.

W Krakowie 6. Września 1407 r.

Piotr, biskup krakowski, w moc komisyi apostolskiéj z 24. Maja 1407 r. zapozywa Jana Rusina, rektora kościoła N. Maryi P. we Lwowie.

Petrus, Dei gracia Episcopus Cracoviensis, executor unicus ad infrascripta a Sede Apostolica specialiter deputatus, discretis viris ad Sanctam Mariam, ad Sanctum Stephanum, ad omnes Sanctos Ecclesiarum parochialium rectoribus in Cracovia seu ipsorum vicarys, ac alys presbiteris, thabellionibus et notarys publicis, ceterisque personis ecclesiasticis per nostram diocesim et alias ubilibet constitutis, salutem in domino. Literas commissionis Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregory pape duodecimi moderni, eius vera bulla plumbea in cordula canapea more Romane Curie impendente bullatas, sanas, salvas et integras, non rasas, non viciatas, non cancellatas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, nobis per discretum virum Petrum Wolfram, rectorem ecclesie parochialis in Prandoczin, procuratorem legitimum Reverendi in Christo patris domini Iacobi, Archiepiscopi Haliciensis, necnon providorum virorum, consulum Lamburgensium et aliorum infrascriptorum, ad hoc specialiter deputatorum, coram notario

[1]) Patrz notę na str. 32.

publico et testibus infrascriptis, presentatas, nos cum ea, qua decuit, reverencia noveritis recepisse. Quarum tenorem de verbo ad verbum, cum sit communis dictarum parcium commissio, describere obmittentes, earum principium hic interserimus et finem ut sequitur: [1])

Gregorius Episcopus servus servorum Dei Wenerabili fratri Petro Episcopo Cracoviensi salutem et apostolicam benediccionem. Ad sedanda litigia et questionum materias summovendas, que plerumque inter Christifideles hostis antiqui nequicia superseminat, opem libenter impetimur et operam, necnon apostolice sedis partes, prout expedire conspicimus, paterna solicitudine adhibemus. Sane peticio nobis nuper pro parte carissimi in Christo fily nostri Wladislai Regis Polonie Illustris et Wenerabilis fratris nostri Iacobi Archiepiscopi ac dilectorum filiorum Iacobi officialis Haliciensis, Iohannis Rutheni parochialis ecclesie sancte Marie et Petri Fabiani de Wolfram altariste decem Milium Martirum, siti in eadem ecclesia rectorum, necnon vicariorum et fratrum dominorum Predicatorum et Minorum ordinum, ac Nicolai Berner, Petri Issenhutel, Niconis Rous, Petri Korsmer, Clug Andris, Petri Seether [2]), Bertkonis Sartoris, Nicolai Smedfelt, Nicolai Gobel, Conradi Ripyn et Nicolai Russze, opidanorum ac consulum et universitatis opidi Lamburgensis, Haliciensis diocesis, exhibita continebat, quod olim pro parte dicti Iohannis rectoris etc.

Finis vero est talis:

Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, partes ipse desiderent a predictis litibus recedere, necnon ad amicabilem concordiam super omnibus huiusmodi negocys seu litibus devenire, ac de ipsarum meritis, presertim propter longam distanciam earundem parcium a predicta curia, melius et comodius constare posset in partibus, quam in curia memorata, pro parte Regis et litigancium predictorum nobis fuit humiliter supplicatum Petro Issenhutel, Petro Schetcher, Iohanni Somersten et Iohanni Smedefelt, necnon alys ex eisdem parochianis ecclesie sancte Marie predicte, qui dicantur eciam sentenciam excomunicacionis, pecuniariam penam huiusmodi, aut earum alteram forsitan incurrisse, absolucionis beneficium simpliciter vel ad cautelam ab eadem excommunicacionis sentencia impendi, et dictam pecuniariam penam eis relaxari mandare, ac eciam alys litigantibus ipsis in premissis opportuno providere, de speciali gracia dignaremur. Nos itaque, status omnium premissorum habentes presentibus pro expressis, ac huiusmodi supplicacionibus

---

[1]) I ten dokument w oryginale żadnych ustępów nie ma: Dla przejrzystości wprowadziłem podział taki, jaki z treści wynika.

[2]) *Seether* napisano zamiast *Stecher*.

inclinati, lites et causas predictas omnes et singulas, cum eorum emergencys, incidencys, dependencys ac connexis, ad nos auctoritate predicta tenore presencium advocantes, fraternitati tue, de qua in hys et in alys specialem in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus eisdem litigantibus vocatis et alys, qui fuerint evocandi, prefatis Petro Issenhutel, Petro Schecher, Iohanne Somerstin et Iohanne Smedefelt, necnon alys parochianis huiusmodi, qui forsan, ut premittitur, dicta excommunicacionis sentencia censentur esse ligati, si hoc humiliter pecierint, recepta ab eis prius caucione ydonea super eo, quo excommunicati habentur, quod si eadem sentencia excommunicacionis in eos lata tibi constiterit fore iniustam, tuis et ecclesie mandatis parebunt, huiusmodi beneficium absolucionis simpliciter vel ad cautelam auctoritate nostra et prout de iure fuerit impendas, ipsosque litigantes in premissis omnibus auctoritate prefata studeas amicabiliter concordare; et si, quod absit, huiusmodi concordia te mediante fieri non posset, extunc predictas causas in eo statu, in quo coram eodem Oddone Cardinali ultimo remanserant, auctoritate predicta resumens, et auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit, appellacione remota, decernas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari; testes autem, qui nominati fuerint, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellacione cessante, compellas veritati testimonium perhibere; et nichilominus, si huiusmodi concordiam feceris, eciam predictas literas dicti Iacobi Episcopi, per quas Petrus Isenhutel, Petrus Schecher, Iohannes Somersten et Iohannes Smedefelt predicti excommunicati, ut premittitur, denuncciati fuerunt, eadem auctoritate nostra casses et irrites, ac eciam ipsam pecuniariam penam auctoritate predicta relaxes: non obstantibus, tam pye memorie Bonifacy pape VIII eciam predecessoris nostri, qua cavetur, ut cum actor et reus civitatum vel diocesum fuerint earundem, extra illas causa auctoritate literarum apostolicarum non committatur, nec conveniatur aliquis eorundem, necnon de una et de duabus dictis in concilio generali, quam alys constitutionibus apostolicis contrarys quibuscunque, seu si aliquibus communiter vel divisim, a sede predicta indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Datum Rome apud Sanctum Petrum VIIII Kalendas Iuny (24. Maja 1407) Pontificatus nostri Anno Primo.

Post quarum quidem literarum apostolicarum commissionis presentacionem et recepcionem fuimus per prefatum Petrum procuratorem predictum cum instancia debita requisiti, ut ad execucionem earum procedere dignaremur iuxta traditam a predicto domino nostro papa nobis formam. Nos vero, alys pluribus et arduis nostris et nostre ecclesie occupati negocys, et presertim vocacione, qua per prefatum dominum nostrum papam ad hanc sanctam unionem celebrandam sumus vocati et ad quam nos deo duce ire proponi-

mus, nobis obsistente, ad execucionem earundem literarum procedere pro hac vice non valentes, ipsarum tenorem exequendum nostra, ymo verius auctoritate Apostolica predicta, aliquibus probis viris, quos ipse partes duxerint eligendos, decrevimus subdelegandum, prout hoc ipsum prefatus Petrus procurator nomine quo supra instantissime petivit. Quapropter vobis omnibus et singulis predictis, qui vigore presentis fueritis requisiti seu aliquis vestrum fuerit requisitus, sancte obediencie in virtute et sub excommunicacionis pena, quam vos et vestrum quemlibet incurrere volumus ipso facto, nisi feceritis quod mandamus, quatenus personaliter accedentes Iohannem Rutheni rectorem dicte ecclesie in Lamburga predictum ipsum citetis uno pro tribus edicto, quem et nos citamus per presentes, ut feria quarta proxima futura coram nobis Cracovie in nostra curia peremptorie compareat hora terciarum, ad videndum et audiendum causam et causas subdelegari predictam et predictas, et alias ad nominandum pro parte sua iudicem seu iudices ad huiusmodi causam seu causas subdelegandam seu subdelegandas et ad concordandum et conveniendum super eisdem cum predicta parte adversa; certificantes eum, quod sive in dicto citacionis termino comparuerit sive non, nos, ipsius contumacia non obstante, ad huiusmodi subdelegacionem et ad alia, que iuris ordine fuerint facienda, iusticia mediante procedemus. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem has nostras citationis literas per notarium publicum infrascriptum scribi et publicari, ac nostri sigilli appensionis munimine fecimus roborari. Actum et datum Cracovie in curia Honorabilis viri Nicolai nostri Officialis Cracoviensis, sexta die mensis Septembris, anno domini millesimo quadringentesimo septimo, indiccione quintadecima, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregory divina providencia pape duodecimi anno primo. Presentibus ibidem Reverendo in Christo patre domino Stephano Episcopo Czeretensi ac Venerabili et Honorabilibus Viris dominis Msczslao Abbate Tinciensi, Nemerza et Nicolao Penansconis Canonicis ecclesie Cracoviensis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

S. N.

Paulus de B.

Et ego Paulus Andree de Byczky, clericus Gneznensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia predictarum literarum apostolicarum presentacioni, recepcioni, citacioni, peticioni, ipsiusque decreto ac eciam termini prefixioni, omnibusque alys et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, coram prefato Reverendissimo in Christo patre et domino, domino Petro Episcopo et executore predicto agerentur et fierent, unacum testibus prenominatis presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens citacionis publicum instrumentum manu propria scriptum et subscriptum exinde

confeci, et in hanc formam publicam redegi, signo et nomine meis solitis, una cum appensione sigilli dicti domini Episcopi consignavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 59; na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć biskupa na czerwonym wosku ze znamionami zatartemi i napisem w otoku: *sigillum petri ep. cracoviensis.*

XV.

W Przemyślu 26. Września 1407.

Mikołaj, dziekan przemyski, pozywa przed siebie Jana Rusina, proboszcza przy kościele N. Maryi P. we Lwowie i rajców miasta Lwowa, dla osądzenia sprawy między nimi, na podstawie komissyi papieskiej z 24. Maja 1407 r. Piotrowi biskupowi krakowskiemu danej i subdelegacyi przez tegoż biskupa 10. Września 1407 r. jemu, dziekanowi, udzielonej.

Nicolaus Doctor Decretorum, Decanus Ecclesie Premisliensis, iudex ad infrascripta per Reverendum in Christo patrem et dominum dominum Petrum Episcopum Cracoviensem iudicem commissarium cause ac partibus infrascriptis a sede apostolica specialiter delegatum subdelegatus, universis et singulis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, scolasticis, cantoribus, archidiaconis, thezaurarys, canonicis tam cathedralium quam collegiatarum, parochialiumque ecclesiarum rectoribus et eorum locatenentibus, plebanis, wiceplebanis, curatis et non curatis, vicarys perpetuis, notarys et thabellionibus publicis et clericis quibuscumque per provincias, civitates, et dioceses Cracoviensem et Haliciensem et alias ubilibet constitutis, ad quem vel ad quos presentes litere nostre pervenerint, salutem in domino, et mandatis nostris, ymmo verius apostolicis et prefati domini Episcopi Cracoviensis, firmiter obedire. Literas subdelegacionis eiusdem patris Reverendi Episcopi Cracoviensis nobis per discretum virum Petrum Wolwrami, rectorem parochialis ecclesie in Prandoczin diocesis Cracoviensis predicte, procuratorem legittimum Reverendi in Christo patris domini Iacobi Archiepiscopi Haliciensis necnon providorum virorum Consulum Lamburgensium et aliorum infrascriptorum, *eius vero sigillo sigillatas non rasas non viciatas, sed omni prorsus suspicionis vicio carentes* [1]) coram notario publico et testibus infrascriptis

[1]) Całego ustępu od *eius vero* do *carentes* w oryginale nie ma. Umieściłem go według uwagi zamieszczonej w podpisie notaryusza, który po wyrazie *infrascriptorum* zrobił krzyżyk, na znak że opuszczony ustęp tutaj powinien być wsunięty.

nobis presentatas nos cum ea, qua decuit, reverencia noveritis recepisse. Quarum tenor sequitur et est talis:

Petrus dei gracia Episcopus Cracoviensis, executor unicus ad infrascripta a sede Apostolica specialiter deputatus, Honorabili viro Nicolao Decretorum Doctori, Decano Ecclesie Premisliensis, salutem in domino. Literas commissionis Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregory Pape duodecimi moderni eius vera bulla plumbea in cordula canapea more Romane Curie impendenti bullatas, sanas, salvas et integras, non rasas, non viciatas, non cancellatas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, nobis per discretum virum Petrum Wlwrami (*sic*) rectorem ecclesie parochialis in Prandoczin, procuratorem legittimum providorum virorum Consulum Lamburgensium et aliorum infrascriptorum ad hoc specialiter deputatum, coram notario publico et testibus infrascriptis presentatas nos cum ea qua decuit reverencia recepisse noveritis; quarum tenor de verbo ad verbum sequitur in hec verba: [1])

Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Wenerabili fratri Episcopo Cracoviensi Salutem et Apostolicam benediccionem. Ad sedanda litigia et querimonium materias summovendas, que plerisque inter Christifideles hostis antiqui nequicia superseminat, opem libenter impartimur et operam, necnon Apostolice Sedis partes, prout expedire conspicimus, paterna sollicitudine adhibemus. Sane peticio nobis nuper pro parte Klarissimi in Christo fily nostri Wladislai Regis Polonie Illustris ac Wenerabilis fratris nostri Iacobi Archiepiscopi ac dilectorum filiorum Iacobi Officialis Haliciensium, Iohannis Rutheni parochialis ecclesie rectoris sancte Marie, et Petri Fabiani de Wolwaram Altaris decem milium martirum sitti in eadem ecclesia, necnon vicariorum et fratrum domorum Predicatorum et Minorum Ordinum ac Nicolai Berner, Petri Heysinitel, Niconis Raus, Petri Korsnar, Clugandris, Petri Stecher, Berthconis sartoris, Nicolai Smedfelt, Nicolai Gebel, Conradi Rypin, Nicolai Russze, opidanorum ac consulum et universitatis opidi Lamburgensis, Haliciensis diocesis, exhibita continebat: quod olim pro parte dicti domini Iohannis rectoris felicis recordacionis Innocencio Pape septimo predecessori nostro exposito: quod predicti opidani cetérique parochiani ecclesie predicte de predys, agris et ortis, necnon eciam molendinis et piscinis eorum, infra limites ecclesie parochialis prefate consistentibus, sibi decimas solvere recusarent, asserentes quilibet videlicet eorum super hoc, quod dictas desimas solvere non tenerentur, quibusdam Regalibus privilegys se fore communitos, quodque quilibet eorum pro huiusmodi decima solummodo sex grossos Bohemicales Archiepiscopo Haliciensi existenti pro tempore dumtaxat solvere teneretur; cum tamen decima pro quolibet manso infra eosdem limites consistente ad centum tales grossos secundum communem cursum annorum ad mi-

[1]) I ten ogromny dokument w oryginale pisany jest bez wszelkiego ustępu, choć składa się z kilka różnych części. Zrobiłem zatem podział wynikający z treści.

mus ascenderet, eosdemque Sex grossos predictus Archiepiscopus ab eisdem opidanis sive parochianis pro sua parte decimarum predictarum perciperet annuatim, et quod in partibus Russie, in quibus dictum opidum consistit, talis corruptela inoleverat, quod in locis, in quibus de novo civitates, opida et ville Christianorum facta fuerint, statuta municipalia civitatis Mayedburgensia, iuxta que pro decima solveretur certa minuta pecunie dyoeczanis locorum pro sua parte decimarum, que vix tricesima esse poterat, presbiteris vero suis parochialibus de quolibet manso sive laneo una, que dicitur truncus siliginis, et alia avene mensure annis singulis communiter solverentur; cumque postea prefatus Iohannes prefatis opidanis super huiusmodi mensuris et truncis siliginis et avene questionem in foro ecclesiastico movere proponeret, Rex ipse ad instanciam dictorum opidanorum parochianorum seu pro ipsis se interposuerat, et quandam ordinacionem pro solucione huiusmodi frumentorum sive decimarum fecerat, videlicet quod quilibet huiusmodi parochianorum solveret duos grossos Bohemicales pro dictis frumentis de quolibet manso sive laneo rectori eiusdem ecclesie sancte Marie, qui esset pro tempore annuatim; cum tamen dicta frumenta de quolibet laneo sive manso secundum eundem communem cursum annorum ad valorem duodecim huiusmodi grossorum Bohemicalium se extenderent: ex quo sequitur, quod ubi dicto rectori eiusdem ecclesie sancte Marie existenti pro tempore pro frumentis predictis et pro oneribus ac serviciys supportandis per ipsum viginti quinque marce monete currentis in eisdem partibus cedere deberent, vix tres marce cum dimidia marca dicte monete obvenirent, et quod dicti parrochiani eiusdem ecclesie sancte Marie, propter eandem ordinacionem et eciam inhibicionem eorundem vicariorum et fratrum degencium in domibus antedictis parrochianis eisdem factam, predicti opidani et ceteri parrochiani eiusdem ecclesie decimas ipsas prefato Iohanni solvere non curarent; ipseque Officialis eandem ecclesiam sancte Marie hospitali pauperum predicti opidi Lamburgensis ad ecclesiam et rectorem existentem pro tempore antedictos spectante et eidem ecclesie annexo de facto spoliaverat, necnon propter non solucionem decimarum et spoliacionem hospitalis huiusmodi per eundem Officialem factas, ut prefertur, cultus divinus ne dum in ipsa ecclesia decreverat, quin ymo ipse Iohannes sustentacionem pro se habere, iura episcopalia solvere, hospitalitem tenere et alia racione dicte ecclesie incumbencia sibi onera supportare vix poterat; et quod consules et universitas predicti nec non dilecti fily Confratres Confratrum sancte Marie in eodem opido super iure patronatus Altaris sancte Marie siti in dicta eclesia, quodque quidem ius eciam ipse Iohannes ad se racione predicte ecclesie spectare asserebat, contra iusticiam molestavit, quodque Iohannes ac Consules et universitas necnon Confratres predicti tandem in quosdam arbitros arbitratores et amicabiles compositores tunc expressos super eodem iure patronatus sub certa pena tunc expressa compromiserant; qui quidem arbitri, huiusmodi compromisso in se sponte suscepto et eius

forma non servata, iniquum tulerunt arbitrium inter partes, cui fuerat per eundem Iohannem protinus contradictum: tamen ipse postea propter iustum metum coram prefato Rege dicebat, quod contra dictum arbitrum venire aut facere nollet; quodque ipsi Iohannes et eius ecclesia propter ordinacionem et per huiusmodi metum factam aprobacionem predictas forent enormiter dampnificati et dampnificarentur in dies: idem predecessor ad supplicacionem predicti Iohannis Wenerabili fratri nostro Nicolao Episcopo Ferentinatensi, qui tunc locum unius ex auditoribus causarum Pallacy apostolici de ipsius predecessoris tenebat, prout eciam de nostro tenet, mandato commisit, ut [1]) causas, quas ipse Iohannes contra vicarios et fratres, necnon Officialem, consules et universitatem ac opidanos predictos occasione premissorum comuniter vel divisim movere intendebat, audiret et fine debito terminaret; non obstante, quod cause ipse de sui natura ad Romanam Curiam legitime devolute et apud eam tractande et finiende non essent; quodque de premissis summarie, simpliciter et de plano, ac sine strepitu et figura iudicy, sola facti veritate inspecta, se informaret; et si per informacionem huiusmodi predicta reperiret fore vera, dictam ordinacionem Regis prefati revocaret, ac ecclesiam sancte Marie et Iohannem prefatos in pristinum statum, in quo erant ante ordinacionem necnon arbitrium antedicta, reponeret et restitueret, dictisque fratribus predicatorum et Minorum mandaret, ut ipsis parrochianis deinceps inhiberent, quod decimas ipsas eidem Iohanni non solverent; et eciam predictam inhibicionem super hoc per eosdem fratres prius, ut premittitur, factam efficaciter revocaret, necnon sub excommunicacionis et alys formidalibus pecuniarys penis dictos opidanos et parrochianos moneret et mandaret eisdem, quod omnes et singulas decimas huiusmodi, tam de iure quam de consuetudine dicto rectori ecclesie sancte Marie pro tempore existenti debitas, per ipsos integraliter et cum effectu persolverent; et eciam Officiali predicto certum terminum peremptorium competentem prefigeret, infra quem sub penis predictis hospitale predictum omnino dimitteret, ac de fructibus ex ipso a tempore huiusmodi spoliacionis perceptis satisfacerent Iohanni predicto, et eciam infra eundem terminum predictum (*Archi*)episcopum [2]), quod eidem monicioni reverenter paruissent, certificare curarent: alioquin lapso huiusmodi termino compareant legitime coram eodem (*Archi*)episcopo [3]) ad audiendum declarari, se in predictas penas et sentencias incurrisse, et cum potestate aggravandi predictam excommunicacionis sentenciam quotiens expedierit, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachy secularis; quodque si eidem Episcopo per similem informacionem constaret, vicarios, fratres, officialem, consules, universitatem et

---

[1]) Przez omyłkę widoczną napisano w oryginale zamiast „*ut*“ „*et*“.

[2]) *Archiepiscopum*, widocznie napisano zamiast: Episcopum.

[3]) patrz notę poprzednią.

opidanos predictos ac confratres de premissis fore publice diffamatos, quodque in partibus illis tute moneri seu citari non possent, huiusmodi citacionem seu monicionem in premissis habendam per edictum publicum portis dicti Pallacy et alys locis publicis partibus illis vicinis, de quibus esset verisimilis coniectura, quod ad noticiam vicariorum, fratrum, officialis, consulum, universitatis, opidanorum et confratrum predictorum perveniret, affigendum citaret tociens quociens opus esset. Et voluit, quod huiusmodi citacio sive monicio perinde artaret eosdem vicarios, fratres, officialem, consules, universitatem, opidanos atque confratres ac si eis presencialiter et personaliter intimate fuissent: prefatusque Episcopus ad instanciam predicti Iohannis coram eo in iudicio comparentis per edictum publicum in eisdem portis et eciam quibusdam alys publicis locis extra eandem Curiam affixum citari seu moneri fecit vicarios videlicet et fratres, ut easdem factas inhibiciones revocarent et a similibus inhibicionibus de cetero abstinerent, necnon opidanos huiusmodi dumtaxat, ut decimas ipsas, per eos de iure solvi consuetas, de ipsorum bonis decimalibus eidem Iohanni integraliter et cum effectu persolverent sub excommunicacionis et eciam quingentorum florenorum auri de camera penis, quas ipsos et quemlibet eorum, si secus agerent, incurrere voluit ipso facto, et quorum quidem quingentorum florenorum unam dicto Iohanni et aliam medietates camere Apostolice voluit aplicari; alioquin coram eo vel alio auditore causarum dicti Pallacy, loco sui in causis huiusmodi surrogando, certo peremptorio termino tunc expresso cum omnibus actis, iuribus et munimentis suis causam huiusmodi tangentibus in dicto Pallacio comparerent in causis ipsis ad singulos actus necessarios usque ad diffinitivam sentenciam inclusive, prout existeret responsuri. Postea vero, cum prefatus Episcopus ab eadem Curia se absentasset, idem predecessor causas huiusmodi Venerabili fratri nostro Iacobo Episcopo Aquilano, qui tunc eciam unius locum ex auditoribus causarum dicti Pallacy de ipsius predecessoris mandato tenebat, audiendas commisit et fine debito terminandas. Coram quo dilectus filius Magister Rotherus, procurator dicti Iohannis in predicto termino in iudicio comparens, necnon de citacione seu monicione predictis eidem Iacobo Episcopo fidem faciens per legitima documenta, predictorum citatorum non comparencium contumaciam accusavit. Et successive predictus Iacobus Episcopus reputans, eosdem Petrum Isenhutil, Petrum Sthecher et Iohannem Somersten et Iohannem [1]) Smedfelt predictos, quamvis non essent pro sue voluntatis libitu, contumaces, prout ipsi propter huiusmodi contumaciam, ut dicebat, [2]) per suam sentenciam declaravit, ipsos Petrum Isenhutel, Petrum Stecher, Iohannem Somersten et Iohannem Smedfelt, licet de facto ipsi asserunt, excommunicacionis et quingentorum flo-

[1]) W oryginale brakuje: *et Iohannem*, które dodałem.

[2]) Od *prout* do *dicebat* nie zrozumiałe.

renorum penas antedictas incidisse et excommunicatos denunciandos fore, necnon per suas literas in diversis postea locis excomunicatos publice denuncciavit. Ac subsequenter pro parte dicti Iacobi Archiepiscopi [1]) necnon Consulum, universitatis, opidanorum et confratrum predictorum prefato predecessori exposito, quod percepcio huiusmodi decimarum in dicta parrochia Ecclesie sancte Marie spectabat ad eundem Archiepiscopum Halicienscm existentem pro tempore; quodque Iacobus Archiepiscopus erat in possesione percepcionis, et opidani et parrochiani predicti parati erant solvere dictas decimas, prout alias facere consueverant sive Iacobo Archiepiscopo predicto seu alteri, cui de iure deberentur seu adiudicarentur; quodque predicti consules, universitas, opidani et confratres non curabant, si iuxta predictum arbitrium, per quod arbitratum fuerat, quod due partes oblacionum predictarum, que fierent pro tempore super eodem Altari sancte Marie, deputarentur pro melioracione et conservacione paramentorum et ornamentorum pro divino cultu in ipsa ecclesia deputatorum, taliter observari deberet; et quod ipsi consules, universitas, opidani et confratres illas pro se habere non vellent: prefatus predecessor ad supplicacionem eorundem Iacobi Archiepiscopi, consulum, universitatis, opidanorum et confratrum omnes huiusmodi causas ad se auctoritate Apostolica advocavit et illas, necnon eciam causam, que inter eosdem Iacobum Archiepiscopum et Iohannem super iure percipiendi decimas huiusmodi in predicta parrochia sancte Marie vertebatur, dilecto filio nostro Angelo toto titulo sancte Potenciane presbitero Cardinali audiendas commisit et fine debito terminandas cum omnibus incidentibus et connexis et cum potestate absolvendi simpliciter vel ad cautelam Petrum Isenhutel, Petrum Stacher, Iohannem Somersten et Iohannem Smedfelt predictos et eciam quoslibet et alios ex eisdem parrochianis ab huiusmodi excommunicacionis necnon alys censuris et pecuniarys penis, quibus pretenderentur in hac parte fore ligati. Et successive postquam idem Cardinalis inter partes ipsas ad nonnullos actus in causis huiusmodi processerat, prefato predecessore, sicut altissimo placuit, vita functo, Nos divina favente clemencia ad apicem summi Apostolatus assumpti, ad supplicacionem predicti Iohannis asserentis, se a quodam sufficienti gravamine sibi per eundem Cardinalem, ut dicebat, illato ad eandem Sedem appellasse, dicto Cardinali appellacionis huiusmodi dilectum filium nostrum Oddonem Sancti Georgy ad Vallum aureum dyaconum Cardinalem duximus adiungendum. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, partes ipse desiderent a predictis litibus recedere necnon ad amicabilem concordiam super omnibus huiusmodi negocys seu litibus devenire, ac de ipsarum meritis, presertim propter longam distanciam earumdem parcium a predicta Curia, melius et comodius constare

[1]) Tu przez wyraźną omyłkę stoi: *Episcopi* zamiast *Archiepiscopi*, jak poprawiłem.

posset in partibus, quam in Curia memorata: pro parte Regis et litigancium predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, Petro Isenhutil, Petro Stbecher, Iohanni Somersten et Iohanni Smedfelt et quibuslibet alys ex eisdem parrochianis ecclesie sancte Marie predicte, qui dicuntur eciam sentenciam excomunicacionis, pecuniariam penam huiusmodi aut earum alteram forsitan incurrisse absolucionis beneficium simpliciter vel ad cautelam ab eadem excomunicacionis sentencia impendi et dictam pecuniariam penam eis relaxari mandare ac eciam alias litigantibus ipsis in premissis oportune providere de speciali gracia dignaremur. Nos itaque status omnium premissorum habentes presentibus pro expressis ac huiusmodi supplicacionibus inclinati, lites et causas predictas omnes et singulas cum eorum emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis ad Nos auctoritate predicta tenore presencium advocantes, Fraternitati tue, de qua in hys et alys specialem in domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus vocatis eis litigantibus et alys, qui fuerint evocandi, prefatis Petro Isenhutel, Petro Stecher, Iohanne Somersten et Iohanne Smedfelt, necnon alys parrochianis huiusmodi, qui forsan, ut premittitur, dicta excomunicacionis sentencia censentur esse ligati, si hoc humiliter pecierint, recepta ab eis prius caucione ydonea super eo, quo excommunicati habentur, quod si eadem sentencia excomunicacionis in eos lata tibi constiterit fore iustam, tuis et ecclesie mandatis parebunt, huiusmodi beneficium absolucionis simpliciter vel ad cautelam auctoritate nostra et prout de iure fuerit impendas, ipsosque litigantes in premissis omnibus auctoritate predicta studeas amicabiliter concordare; et si, quod absit, huiusmodi concordia te mediante fieri non posset, extunc causas predictas in eo statu, in quo coram eodem Oddone Cardinali ultimo remanserunt, auctoritate predicta resumens, et auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit appellacione remota decernas, per censuram ecclesiasticam firmiter observari; testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellacione cessante, compellas veritati testimonium perhibere; et nichilominus, si huiusmodi concordiam [1]) eciam predictas literas dicti Iacobi Episcopi, per quas Petrus Isenhutel, Petrus Stecher, Iohannes Somersten et Iohannes Smedfelt predicti excomunicati, ut premittitur, denunciati fuerunt, eadem auctoritate nostra casses et irrites, ac eciam ipsam pecuniariam penam auctoritate predicta relaxes. Non obstantibus tam pie memorie Bonifacy Pape VIII eciam predecessoris nostri, qua cavetur, ut cum actor et reus civitatum et diocesum fuerint earundem, extra illas causa auctoritate literarum Apostolicarum non comittatur, aliquis eorundem, necnon de una vel de duabus dictis in Concilio generali, quam alys constitucionibus Apostolicis contrarys quibuscumque, seu si aliquibus

---

[1]) Tu widocznie opuszczono rządzące słowo.

comuniter vel divisim a Sede Apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi vel excomunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Datum Rome apud Sanctum Petrum VIIII Kalendas Iuny Pontificatus nostri Anno Primo.

Post quarum quidem literarum Apostolicarum commissionis presentacionem et recepcionem, fuimus per prefatum Petrum procuratorem predictum cum debita instancia requisiti, ut ad execucionem earum procedere dignaremur iuxta traditam a prefato domino nostro Papa nobis formam. Nos vero alys pluribus et arduis nostris et nostre ecclesie occupati negocys, et presertim vocacione, qua per predictum dominum nostrum Papam ad hanc sanctam unionem celebrandam sumus vocati et ad quam nos Deo duce ire proponimus,. nobis obsistente, ad execucionem earundem literarum ad presens procedere non valentes, ipsarum execucionem alicui probo viro subdelegare voluimus. Propter quod prefatum Iohannem dicte ecclesie rectorem ex adverso principalem et in eadem commissione Apostolica principaliter nominatum ad certam diem peremptorie citari decrevimus ad nominandum et eligendum sibi iudicem seu iudices competentem seu competentes, ad huiusmodi subdelegacionem faciendam, alias ad videndum et audiendum per nos subdelegari causam et causas easdem. Quo quidem termino adveniente comparuit coram nobis Petrus procurator predictus nomine quo supra, dicto Iohanne eciam coram nobis per se et in eius persona comparente, supplicavitque nobis idem Petrus, ut propter causas nostre absencie predictas causam et causas prefatas subdelegare dignaremur, Reverendum in Christo patrem dominum Mathiam Episcopum Premisliensem aut vestram Wenerabilitatem pro parte sua nominando; predictus vero Iohannes citra aprobacionem nostre iurisdiccionis certas excepciones inter cetera proponendo, qualiter obmissa citacione ad dicendum contra commissionem ad predictam citacionem processimus, utpote iuris ordine non servato. Nos igitur, volentes satisfacere sue voluntati, quamvis ad id minime astricti eramus, sibi ad dicendum contra eandem commissionem terminum peremptorium prefiximus. Tandem certa die adveniente et dictis partibus coram nobis comparentibus, memoratus Iohannes alias certas excepciones coram nobis in iudicium produxit, et nec nostram iurisdiccionem nec eciam subdelegacionem predictam consentire voluit; Petrus vero prefatus nostram iurisdiccionem approbavit et easdem causas instantissime subdelegari petivit, que omnia in actis cause coram nobis inscriptis et que vobis cum presentibus dirigimus, plenius continentur. Nos vero, ut premisimus prefatis occupati negocys et dictis altricacionibus non obstantibus, de legalitate vestra plurimum in domino confidentes, causam et causas predictas in eo puncto, in quo coram nobis, ut dictum est, sunt dimisse, dicteque comissionis execucionem iuxta ipsius tenorem vobis duximus subdelegandas, ipsasque presencium tenore subdelegamus, nostra ymo verius auctoritate Apostolica predicta mandantes, quatinus dictas partes ad

se vocantes eas amicabiliter concordetis, vel in huiusmodi negocio iuris ordine servatisque servandis usque ad diffinitivam sentenciam exclusive, iuxta vim et tenorem dicte commissionis, procedatis. Cuius quidem sentencie prolacionem ac dicte concordie aprobacionem et roboracionem, si que inter partes predictas sortita fuerit effectum, nobis omnimode reservamus. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem presentes nostras subdelegacionis literas per notarium publicum infrascriptum scribi et publicari ac nostri sigilli appensionis munimine iussimus roborari. Datum et actum Cracouie Sabbato, decima die mensis Septembris Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septimo, Indiccione decima quinta, hora terciarum, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregory divina providencia pape duodecimi Anno Primo. Presentibus Honorabilibus et discretis viris dominis Swanthopelkone Cantore, Iohanne de Falcow Canonico, Stanislao Iolda vicaryo Cracouiensibus, Petro Stanislai de Coritho Rectore Ecclesie parochialis in Wszeswanthe dicte Cracouiensis diocesis et alys pluribus fide dignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Post finem vero subdelegacionis predicte signum notary erat descriptum, post quod subscripcio in hec verba sequebatur:

Et ego Paulus Andree de Byczky clericus Gueznensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius, predictarum literarum Apostolicarum presentacioni, recepcioni, terminorum observacioni, subdelegacioni, alysque omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, coram prefato Reverendissimo in Christo patre domino Petro Episcopo et executore predicto et per eum agerentur et fierent, unacum testibus prenominatis presens interfui, easque sic fieri vidi et audivi; occupatus vero alys arduis negocys per alium scribi procuravi et in hanc formam publicam redegi, me quoque hic manu propria subscribens signo et nomine meis solitis, prefati domini Episcopi et executoris sigillo subappenso consignavi rogatus et requisitus, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Post quarum quidem literarum subdelegacionis presentacionem et recepcionem, fuimus per prefatum Petrum procuratorem predictum cum instancia debita requisiti, ut ad execucionem earum procedere dignaremur iuxta a predicto domino Petro Episcopo Cracoviensi traditam nobis formam. Nos itaque Nicolaus iudex prefatus, attendentes requisicionem huiusmodi fore iustam et racioni consonam, volentesque in causa et causis huiusmodi rite et legitime procedere, et partibus ipsis, dante domino, iusticiam ministrare, ut tenemur: vos omnes et singulos supradictos et vestrum quemlibet communiter et divisim auctoritate apostolica predicta, nobis in hac parte per prefatum dominum Episcopum Cracoviensem subdelegata, primo, secundo, tercio et peremptorie requirimus et monemus vobisque nichilominus et vestrum cuilibet, sancte obediencie in virtute et sub excommuni-

cacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet canonica monicione premissa ferimus in hys scriptis nisi feceritis quod mandamus, districte precipiendo, mandamus, quatinus, prouti requiremini seu alter vestrum fuerit requisitus, presentibus ex parte nostra ymo verius Apostolica et dicti domini Episcopi Cracoviensis, personaliter accedentes, Iohannem Rutheni rectorem parrochialis ecclesie sancte Marie in Lamburga predictum principalem ex adverso, necnon Reverendum in Christo patrem dominum Iacobum Archiepiscopum Haliciensem, Iacobum Officialem Haliciensem, fratres vicarios Monasteriorum et Conventuum Predicatorum et Minorum ordinum in Lamburga, Nicolaum Berner, Petrum Isenhutel, Niconem Reus, Petrum Korsner, Clugandris, Stacher, Barthconem, Nicolaum Smedfelt, Nicolaum Gebel, Conradum Rypin, Consules et opidanos lamburgenses et alios quorum interest, aut qui sua interesse putaverint, eciam ex adverso principales in prescripta commissione Apostolica nominatos, si ipsorum presenciam comode habere poteritis, alioquin in curys habitacionum suarum, si ad eas tutus pateat accessus, et in Metropolitana Haliciensi ac Cathedrali Cracoviensi alysque ecclesys, sub quibus degunt seu morantur, dum ibidem multitudo populi convenerit ad divina, publice alta et intelligibili voce peremptorie citare curetis ita, quod verisimile sit, citacionem huiusmodi ad eorum noticiam pervenire: ne de premissis et infrascriptis aliquam ignoraciam pretendere valeant seu eciam allegare. Quos nos eciam tenore presencium citamus, quatinus coram nobis in Cracouia feria quarta, in crastino Omnium sanctorum ventura proxime, hora consistory per se vel procuratorem seu procuratores suos ydoneos ad causam et causas huiusmodi nobis subdelegatas sufficienter instructos, cum omnibus et singulis actis actitatis, allegacionis literis, instrumentis et munimentis, privilegys et processibus ad causam et causas huiusmodi facientibus et eam seu eas quomodolibet tangentibus et concernentibus, compareant in iudicio legitime, ad videndum, si et in quantum causa et cause ipsorum predicte per amicabilem possint terminari concordiam; alias, si huiusmodi amicabilis composicio fieri inter ipsas partes non posset, ad audiendum causas predictas per nos, auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa, resumi in eo statu, in quo coram Reverendissimo in Christo patre domino Oddone Cardinali ultimo predicto remanserunt, et ad procedendum in huiusmodi negocio iuris ordine servatisque servandis usque ad diffinitivam sentenciam exclusive, iuxta vim et tenorem commissionis et subdelegacionis prescriptarum; cuius quidem sentencie prolacionem ac dicte concordie aprobacionem et roboracionem, si que inter partes predictas sortita fuerit effectum, memoratus dominus Episcopus Cracoviensis pro se reservavit, prout premittitur, et reservat. Certificantes nichilominus eosdem citatos, quod sive in dicto termino comparere curaverint sive non, nos in causis huiusmodi ad partis coram nobis comparentis et causas huiusmodi prosequi curantis instanciam ad premissa omnia et singula, prout uistum fuerit, ulterius procedemus, dictorum citatorum absencia seu contumacia non ob-

stantibus. Diem vero citacionis huiusmodi atque formam, et quidquid in premissis feceritis seu alter vestrum fecerit, nobis per vestras patentes literas, aut instrumentum publicum, harum literarum seriem et designacionem in se continentem (*sic*) seu continentes, alias sigillorum vestrorum per appensionem presentibus, remissis fideliter intimare curetis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostre citacionis literas seu presens publicum instrumentum, huiusmodi nostram citacionem in se continentes seu continens, per Iacobum notarium publicum infrascriptum subscribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli iussimus appensione muniri. Actum et datum Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septimo, Indiccione quinta decima, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregory divina providencia Pape duodecimi Anno Primo, vicesima sexta die mensis Septembris, hora nona, vel quasi in curia habitacionis Reverendi in Christo patris domini Mathie Episcopi Premisliensis in Premisiia. Presentibus Honorabilibus et discretis viris dominis Iohanne Folmar, Iohanne Wolczkonis, Iacobo Canonicis Premisliensibus.

S. N.
Albertides.

Et ego Iacobus Alberti de Prosszowyce, Presbiter Cracoviensis diocesis, publicus notarius auctoritate imperiali: Quia predictis literarum presentacioni, recepcioni, requisicioni, decretis, termini prefixioni, alysque omnibus et singulis premissis, dum sic prout premittitur per prefatum dominum Nicolaum Decanum et executorem eundem et coram eo fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus presens interfui, eaque fieri vidi et audivi modo premisso ac in notam recepi; ideo hoc publicum instrumentum huiusmodi processum in se continens de mandato prefati domini executoris exinde confeci et in hanc formam publicam redegi, signoque et nomine meis solitis unacum appensione sigilli prefati domini decani et executoris memorati consignavi rogatus et requisitus, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Constat michi notario de hys diccionibus: „eius vero sigillo sigillatas, non rasas, non viciatas, sed omni prorsus suspicionis vicio carentes“, que locum debent habere in quinta linea a prima linea deorsum computando, inter istas dicciones: „infrascriptorum“ „coram“. Ubi tale ponitur, est signum. Que obmissio non causa vicy sed errore comissa, quam tollo per presentes.

Na odwrotnej stronie pergaminu zapisano następujące poświadczenia notaryalne o dopełnieniu zapozwania:

In Nomine Domini Amen. Sub anno nativitatis eiusdem Millesimo Quadringentesimo septimo, indiccione quinta decima, Pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Gregory divina providencia Pape duodecimi anno primo, quarta decima die mensis Octobris, hora vesperorum, vel quasi in domo habitacionis Reverendi in Christo patris domini Iacobi Archiepis-

copi Haliciensis in Lamburga, discretus vir Adam Stanislai de Suchawola, presbiter Cracoviensis diocesis, Vicarius Ecclesie Sancti spiritus ibidem in Lamburga, in mei notary publici et testium infrascriptorum presencia constitutus personaliter, ad requisicionem Honorabilis viri domini Petri Wolfram rectoris ecclesie de Prandoczin Cracoviensis diocesis, procuratoris predicti domini Archiepiscopi Haliciensis, Iacobi Officialis ipsius. consulumque et opidanorum Lamburgensium, publice voce intelligibili citavit prefatos dominos Iacobum Archiepiscopum, Iacobum Officialem, Weynkonem Magistrum civium, Iohannem Worst, Neconem Russe, Clugandris, Iohannem de Stinauia, Petrum Korsner, Petrum Eyzenhutel, Petrum Stecher. Nicolaum Gobel, Iohannem Smetfeld, Petrum Folmar, Iohannem Somersten, Petrum Czurworsal, Iohannem Bronner, Alberke Swarcz, consules et scabinos opidi predicti Lamburgensis, terminum ipsis in Cracovia coram Wenerabili viro Magistro Nicolao Wigandi Doctore Decretorum Decano Premisliensi, iudice per Reverendum in Christo patrem dominum Petrum Episcopum Cracoviensem, a Sede Apostolica partibus et causis in hac retroscripta citacione nominatis et expressis iudicem delegatum unicum, subdelegato, hora consistory in domo habitacionis sue statuit et prefixit, iuxta vim, tenorem et formam presentis retroscripte citacionis seu instrumenti publici huiusmodi citacionem in se continentis. Acta sunt hec anno, indiccione, Pontificatus, die, mense, hora et loco quibus supra. Super quibus omnibus et singulis premissis prefatus dominus Petrus Wolfram a me notario publico subscripto presens sibi pecyt fieri loco specialis publici instrumenti scriptum. Presentibus Honorabili et discretis viris dominis Thoma Nicolai Kwnossze de superiori Glogouia, Wratislauiensi, Prebendario Capelle sancte Katherine in Minori Castro in Lamburga, Martino Laurency de Lanczberg Clerico Wratislauiensi notario publico, Nicolao Michaelis de Ladislauia notario eciam publico, et alys quam plurimis fidedignis testibus ad premissa.

Item anno, indiccione, Pontificatus, quinta decima die mensis prescripti, loco et hora quibus supra, Discretus Vir Iohannes Nicolai de Crossno presbiter Premisliensis diocesis, predicator verbi dei ad Ecclesiam parrochialem Sancte Marie in Lamburga, michi notario coram testibus infrascriptis talem fecit relacionem, videlicet quod ad requisicionem predicti domini Petri Wolfram procuratoris, Iohannem Rutheni rectorem Ecclesie parrochialis Sancte Marie in Lamburga publice in ecclesia predicta in ambone coram populi multitudine citavit iuxta tenorem citacionis presentis retroscripte, terminum sibi in crastino Omnium sanctorum venturo proxime coram predicto domino subdelegato in Cracovia in domo habitacionis sue assignando. Presentibus Nicolao Michaelis de Ladislauia publico notario et alys prescriptis testibus ad premissa, vocatis et rogatis.

S. N.
Albertides.

Et ego Iacobus Alberti de Prosszowyce, presbiter Craconiensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis requisicioni procuratoris, citacioni predictorum citatorum, relacioni, prefixioni termini ac alys omnibus et singulis premissis, dum sic prout premittitur fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, manu propria conscripsi et in hanc formam redegi publicam, signoque et nomine meis solitis consignavi, quibus circa talia utor, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus pariter et requisitus.

In nomine domini amen. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septimo, indiccione quintadecima, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Gregory divina providencia Pape duodecimi anno primo, vicesima octava die mensis Octobris. hora wesperorum, vel quasi in domo habitacionis providi viri Nicolai Craczmar, Civis Cracoviensis, discretus vir Petrus de Lubaczow, vicarius Ecclesie sancte Marie in Cracovia in mei notary publici et testium infrascriptorum presencia constitutus personaliter, ad requisicionem honorabilis viri domini Petri Wolwram, rectoris ecclesie de Prandocin, Cracoviensis diocesis, procuratoris predictorum consulum, publice voceque intelligibili citavit Iohannem Rutheni rectorem ecclesie parrochialis in Lamburga sancte Marie, terminum ei Cracovie coram Wenerabili viro Magistro Nicolao Wigandi decretorum doctore Decano Premisliensi iudice, per Reverendum in Christo patrem dominum Petrum Episcopum Cracoviensem, a Sede Apostolica partibus et causis in hac retroscripta citacione nominatis et expressis iudicem delegatum unicum, subdelegato hora consistory in domo habitacionis sue statuit et prefixit, iuxta vim, thenorem et formam retroscripte citacionis seu instrumenti publici. Acta sunt hec anno, indiccione, Pontificatus, die, mense, hora et loco quibus supra. Super quibus omnibus et singulis premissis prefatus dominus Petrus Wolwrami a me notario publico subscripto presens sibi pecyt fieri loco specialis publici instrumenti scriptum. Presentibus hys testibus: Nicolao Craczmar Cive Cracoviensi, Iacobo Vuruge Mercatore, Maxencio et Iacobo familiaribus prenominati Nicolai Craczmar, et alys quam plurimis fide dignis ad premissa vocatis et rogatis.

S. N.

Et ego Stephanus Petri de Lathorzewo, clericus Poznaniensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, predicte requisicioni procuratoris, citacioni predictorum citatorum, relacioni, prefixioni termini ac alys omnibus et singulis premissis, dum sic prout premittitur fierent et agerentur, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, manu propria conscripsi et in hanc formam redegi publicam, signoque et nomine meis solitis consignavi, in quibus circa talia fungor, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus pariter et requisitus.

Oryginał na wielkim arkuszu pergaminowym w archiwum miasta Lwowa nr. 60. Na paskach pergaminowych zawieszone trzy pieczęci (po czwartéj pozostały tylko wcięcia), z których pierwsza na czerwonym wosku wyciśnięta znacznie uszkodzona, druga na ciemno-zielonym przedstawia w środku kielich, a na około napis nieczytelny, trzecia na zwyczajnym wosku wyciśnięta, przedstawia N. Maryą P. z dziecięciem z napisem także nieczytelnym.

XVI.

W Medyce 27. Października 1407 r.

Władysław Jagiełło darowywa wieś Zubrzę Janowi z Bierawy.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature comoda nichil dignius memoria habeatur, opportunum existit, ut actus hominum literarum apicibus et testium annotacione perhennentur, ne lapsu temporis evanescant. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracowie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyawie, Lythwanieque Princeps Supremus, Pomeranie, Russie dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit presentibus et futuris presencium noticiam habituris universis: Quod attente mentis intuitu perpendentes grate fidelitatis studiosa obsequia et multiplicium meritorum constanciam, quibus Iohannes de Byerawa, noster fidelis, nostre Maiestati complacere meruit, et in posterum aucto fidelitatis studio poterit prestancius complacere, horum intuitu, cupientes ipsum specialis nostre gracie prerogativa prevenire et ad obsequia nostra reddere prompciorem, sibi suisque liberis et successoribus legittimis villam nostram Zubrz [1]), in districtu et in terra nostra Lamburgensi sitam, prout in suis metis, grennicys et gadibus ab antiquo circumferencialiter, longe lateque est limitata et distincta, cum omnibus reditibus, censibus, fructibus, proventibus, necnon agris, agriculturis, pratis, campis, pascuis, silvis, borris, gays, mericis, nemoribus, quercetis, rubetis, virgultis, venacionibus, aucupacionibus, mellificys, piscinis, piscaturis, lacubus, paludibus, aquis et earum decursibus, molendinis et emolumentis, ac eciam coherencys, pertinencys et appendys universis ad eandem villam Zubrz quomodolibet spectantibus, damus, conferimus donacione perpetua et irrevocabili et donamus; ita tamen quod in terra nostra Russie propter defectum hominum residenciam faciet personalem, et ad singulas expediciones idem Iohannes cum suis liberis et successoribus cum una lancea et duobus sagitarys nobis et nostris successoribus obsequi tenebitur et servire. Cuius eciam ville incole et willani nostras soluciones, daciones, contribuciones et alia nostra iura singula, nobis nostrisque successoribus tenentur solvere, quemadmodum per homines et villanos aliorum terrigenarum eiusdem terre Lamburgensis nobis dari sunt solite et consuete. Quam quidem villam Zubrz idem Iohannes cum suis liberis et successoribus legittimis tenebit, habebit, utifruetur, perpetue ac pacifice possidebit, necnon vendet, comutabit, obli-

---

[1]) Zubrza, wieś w pobliżu Lwowa.

gabit, alienabit et in usus suos beneplacitos convertet, nostro tamen de consensu et voluntate speciali. Harum quibus sigillum nostre Maiestatis appensum est testimonio literarum. Actum in Medica, feria quinta in vigilia beatorum Simonis et Iude apostolorum, anno domini millesimo CCCC^{mo} septimoo. Presentibus hys Validis Strenuusque viris: Iohanne Liganza Palatino Lanciciensi, Floriano de Korythnicza Subpincerna Sandomiriensi et Capitaneo Lamburgensi, Petro de Charbinowice Subdapifero Sandomiriensi, Byenkone de Szabokruk, Iohanne Mazosschanin de Milotycz et Iohanne Klus de Wyznany, terre Lamburgensis nobilibus, multisque alys nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus Wenerabilis Nicolai prepositi sancti Floriani ante Cracowiam, Regni nostri Vicecancellarii, nobis sincere dilecti.

Relacio eiusdem domini Nicolai Vicecancellary.

Oryginał na pergaminie w arch. m. Lwowa nr. 61. Na jedwabnym sznurze czerwonym i czarnym zawieszona pieczęć majestatyczna Władysława Jagiełły. Na zagiętce napis: lectum per Albertum de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarium.

XVII.

W Krakowie 8. Listopada 1407 r.

Mikołaj, syn Wiganda, dziekan przemyski i Mikołaj Peisar, archidyakon sandomirski, jako sędziowie polubowni wydają wyrok w sprawie między Janem Rusinem, plebanem lwowskim, a miastem Lwowem.

In nomine Domini Amen. Nos Nicolaus Vigandi, decretorum doctor, decanus Premisliensis et canonicus Sancti Egidii in civitate Cracoviensi ecclesiarum, judex causarum et partibus infrascriptis per Reverendissimum in Christo patrem et dominum Petrum Dei gracia Episcopum Cracoviensem a sede Apostolica delegatum Unicum deputatum, subdelegatus, Nosque Nicolaus Peisar, sacrae theologiae professor, archidiaconus Sandomiriensis, arbitri arbitratores et amicabiles compositores infrascriptorum recepti et electi, universis et singulis quorum interest aut in futurum interessse poterit publice presentibus significamus declarando: Quomodo inter discretum virum Joannem Rutheni rectorem parrochialis ecclesiae sanctae Mariae in Lemburga Haliciensis diocesis actorem ex una, et providos consules, videlicet Petrum Eyzenhuttel, Petrum Stecher, Joannem Zomersthen, Nicolaum Smedfeldt caeterosque cives et opidanos ac agricultores nomine totius universitatis, necnon confratrum seu fraternitatis Sanctae Mariae in eadem parrochiali ecclesia ibidem in Lemburga partibus ex altera, diversae fuissent in curia Romana quaestiones diutius ventillatae

occasione quarundam decimarum de agris, hortis, piscinis, molendinis ac caeteris, in iure communi contentarum, et etiam respectu quorundam truncorum seu mensurarum siliginis et avenae, ratione annonarum missalium ex praedictis agris praefati oppidi Lemburgensis, obvenientium, necnon super quibusdam oblationibus de altari decem millia martirum in eadem parrochiali ecclesia provenientibus, aliisque diversis rebus, ut puta processibus, sumptibus et expensis, inter partes praefatas hinc inde exortae, demum etiam inter Reverendissimum in Christo patrem dominum Jacobum Dei gracia Archiepiscopum Haliciensem pro suo interesse venientem in causa decimarum, in quarum possessione se fuisse et esse asserebat. Quomodo etiam praefatae partes coram nonnullis Sacri pallacy Apostolici certis Reverendissimis in Christo patribus et dominis dominis sanctae Romanae ecclesiae Cardinalibus ac aliis causarum auditoribus praedictas lites et controversias satis diu agitassent, prout haec in commissione seu rescripto Apostolico, praefato domino Petro Episcopo judice delegato facto, plenius et clarius deducta continentur. Ultimo tandem praefatae partes, volentes quaestiones et anfractus hujusmodi propter fatigas et sumptus inutiles per viam et modum amicabilis concordiae in toto resciudere ac super omnibus et singulis causis praemissis, videlicet decimis, annonis missalibus, oblacionibus, processibus, impensis et expensis per modum arbitrii ad amicabilem composicionem devenire, in Nos Nicolaum Vigandi et in Venerabilem Magistrum Nicolaum Peisar, praedictos arbitros et compromissarios legitimos, recedendo ab omnibus praefatis strepitibus, tam principalibus quam aliis quibuscunque processibus, appellacionibus inde secutis, de alto et basso rite ac racionabiliter, ipsarum spontanea voluntate uniformiter compromiserunt, sub poena perjurii cum parte infringente arbitrium nullatenus dispensanda, prout haec in speciali instrumento hic inserto plenius deducitur in hac forma:

In nomine Domini Amen. Sub anno nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo septimo, indiccione decima quinta, die vero sexta mensis Novembris, hora tertiarum, vel quasi pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Gregorii divina providencia Papae duodecimi moderni anno primo, in stuba lignea domus habitationis Venerabilis viri domini Nicolai Vigandi, decretorum doctoris, decani Premisliensis et canonici Sancti Egidii in civitate Cracoviensi sitae, in mei notarii publici testiumque subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum constituti personaliter discreti ac providi viri, domini Joannes Rutheni, rector ecclesiae Sanctae Mariae in Lemburga parte ab una, et Petrus Stecher, Weinko Beidenbrusz et Georgius Scheler, cives et consules, habentes plenum et speciale mandatum pro parte totius universitatis necnon fraternitatis seu confratriae sanctae Mariae ibidem de Lemburga, Haliciensis diocesis, necnon Joannes Breest, procurator legittimus Reverendissimi in Christo patris domini Jacobi Archiepiscopi Haliciensis parte ex altera, de quorum sufficienti mandato mihi notario infrascripto per instrumenta

publica fuit et est facta plena fides, volentes per modum et viam amicabilis concordiae, parcendo sumptibus superfluis et fatigis [1]), a litibus et controversiis, quas diutius in curia Romana super quibusdam decimis, annonis missalibus de agris seu laneis praefati oppidi provenientibus, necnon super certis oblationibus de altari decem millia martyrum in eadem parochiali ecclesia provenientibus, ac super omnibus et singulis praedicatorum causarum emergentibus, dependentibus et annexiis, utputa processibus, poenis pecuniariis, appellationibus et aliis inde secutis causis coram certis sacri pallatii Apostolici causarum auditoribus agitaverunt, et ultimo coram Reverendo in Christo patre domino Petro Episcopo Cracoviensi, judice ordinario partium a sede Apostolica deputato in Cracovia in parte resumpserunt praefatae partes, recedendo ab omnibus et singulis predictis litibus, causis et eorum occasionibus quibuslibet, super omnibus et singulis premissis et quolibet premissorum spontanea et libera voluntate in Venerabiles viros dominos Nicolaum Vigandi decretorum doctorem prefatum et Nicolaum Peisar magistrum Sacre theologie, archidiaconum Sandomiriensem, tanquam in veros et legitimos arbitratores et amicabiles compositores per se conjunctim electos et concorditer nominatos, compromiserunt et exnunc compromittunt, et compromissum fecerunt et faciunt de alto et basso, dando et concedendo dictis suis arbitris arbitratoribus dictae partes plenam et omnimodam potestatem, de et super premissis omnibus et singulis capitulis et articulis, hujusmodi negotium quomodolibet tangentibus, et quodlibet premissorum occasione [2]) quomodocunque et qualitercunque uti possent et in futurum summarie et de plano audiendi, examinandi, cognoscendi, determinandi, sententiandi, pronuntiandi et declarandi, in loco, hora juridicis vel non juridicis in scriptis vel sine scriptis, stando vel sedendo, die feriata vel non feriata, juris ordine servato vel non servato indictarum partium presencia vel in unius presentia, partesque praedictas ad audiendum easdem sententias arbitratorias seu sentenciam arbitratoriam, preceptum vel precepta, arbitrium seu laudum, vel ad alia, quaecunque expedire videbitur ipsis arbitris seu amicabilibus compositoribus partium praedictarum, evocandi, citandi et diem ad pronuntiandum vel ad alia terminum praefixum prorogandi, definiendi, laudandi, arbitrandi, praecipiendi et mandandi alte et basse, sub poena perjurii et juramenti praestiti tunc per ambas partes coram me notario ad Sacrosancta Dei Evangelia corporali in haec verba: Ego Joannes Rutheni, rector parochialis Ecclesiae in Lemburga Sanctae Mariae, juro in causis expressis in compromisso stare sententiae, laudo ac pronuntiationi Venerabilium virorum magistri Nicolai Vigandi et magistri Nicolai Peisar; et super

---

[1]) Tu coś brakuje: *recedere*, lub coś podobnego.

[2]) Tutaj coś zepsutego, tak iż nie ma sensu.

eisdem causis, motis contra discretos viros cives ibidem et alias personas in compromisso expressas, et a dictis sententia, laudo ad nullum iudicem appellare nec petere ab aliquo relaxationem, dispensationem ac absolutionem; sic me Deus adjuvet et haec sancta Dei Evangelia. Sub qua forma discretus vir Petrus Stecher, civis Lemburgensis specialiter ad concordiam cum alys civibus et consulibus ejusdem civitatis Lemburgensis missus, pro se et de ejusdem litis consortibus praestitit ad Sancta Dei Evangelia corporale juramentum. Et quod ipsi arbitri possent et debebunt ac valeant, semel et pluries et quantumcumque eis videbitur expedire, sententiam seu sententias, preceptum seu precepta, laudum, arbitrium seu pronuntiationem interpretari, declarare, emendare et reformare, sicut ipsis videbitur expedire; promittentes et convenientes partes praedictae per pactum expresse appositum et solemni stipulatione vallatum sibi invicem, alternatim se ipsos et quemlibet ipsorum omni tempore per fidem in perpetuum ratam, gratam, incorruptam tenere et observare omnia et singula, quae per praedictos arbitros arbitratores et amicabiles compositores et super praedictis omnibus et circa praedicta et quodlibet praemissorum cognitum, declaratum, ordinatum, deffinitum, pronuntiatum, laudatum, sentenciatum fuerint, rata habere et approbare et contra ea per se vel interpositam personam verbo vel scripto, de jure vel de facto, non facere vel contravenire et non appellare, retractare vel querelam movere ab aliqua sententia declarationis, ordinationis, composicionis, pronuntiationis arbitrii seu laudi per praenominatos dominos ferenda super praemissa et quodlibet praemissorum. Super quibus omnibus et singulis praemissis praefatae partes a me notario publico infrascripto petierunt confici prasens publicum seu publica instrumentum seu instrumenta. Acta sunt haec anno, indictione, mense, die, hora, loco, pontificatus, quibus supra. Praesentibus discretis ac providis viris dominis Christiano ad sanctum Stephanum in Cracovia, Joanne Lindetoldi in Lyski rectoribus ecclesiarum, Stephano Hoppher rectore scholarum Sanctae Mariae Cracoviensium, Nicolao Bochner, Gasparo Crugiel, Petro Menihard, Nicolao Bolcz, Joanne Falkemberge, civibus Cracoviensibus, pluribusque aliis ad praemissa rogatis etc.

Et ego Gregorius Stephani de Lelovia, clericus Cracoviensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, praedictis compromisso, juramento, aliisque omnibus et singulis dum, sic ut praemittitur agerentur et fierent, unacum praenominatis testibus praesens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi audivi, praepeditus aliis arduis negotiis per alium notarium fidelem scribi effeci, hic me manu propria subscribens, in hanc publicam formam redegi, signo quoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum.

Quare Nos Nicolaus Vigandi et Nicolaus Peisar, praescripti arbitri arbitratores, causas et negotia praefata debito rationis pensantes libramine, volentes secundum Deum

et justitiam uni cuique quod suum est reddere ut tenemur, habitis hinc inde variis tractatibus et solitis consiliis, visisque et auditis praefatarum partium juribus, allegationibus, propositionibus et contradictionibus, praemissisque omnibus, ad perfectum examinatum ipsum solum prae oculis habentes, in cujus vultu justitia et pax osculatae (*sic*) sunt, sententiavimus, pronuntiavimus et praesertim Nos Nicolaus Peisar, sacrae theologiae professor de mandato et voluntate memorati domini Nicolai Vigandi subdelegati, nominibus quibus supra, pronuntiamus et sententiamus in haec verba:

In nomine domini amen. Nos Nicolaus Peisar, magister Sacrae theologiae, archidiaconus Sandomiriensis, nomine nostro ac nomine magistri Nicolai Vigandi, decretorum doctoris, arbitri in causa et causis decimarum, quae vertitur et vertuntur inter Honorabilem virum dominum Joannem Rutheni, rectorem ecclesiae Sanctae Mariae in Lemburga, dictae Haliciensis diocesis, et providos viros Petrum Eyzenhuttil, Petrum Stecher, Joannem Zomersten, Nicolaum Smedtfeldt, cives Lemburgenses ac colonos, agricultores et decimatores agrorum spectantium ad dictam civitatem et omnes et singulos cives, quos praesens tangit negotium vel quomodolibet tangere poterit in futurum, necnon super quibusdam oblationibus in dicta ecclesia Sanctae Mariae et singulariter de altari decem millia martyrum in dicta ecclesia parochiali obvenientibus, quarum quidem oblationum due partes fabricae dictae ecclesiae, tertia vero domino Joanni plebano et suis successoribus per quoddam arbitrium quorundam discretorum virorum erant deputatae, ac omnes et singulos fratres dicti altaris vel quorum interest vel interesse poterit quoquomodo, insuper super quibusdam missalibus annonis seu duobus truncis siliginis et avenae, quae dictae parochiali ecclesiae ex consuetudine vicinarum ecclesiarum et diocesum solvendae referuntur, Christi nomine invocato, dicimus, pronuntiamus, laudamus, arbitramur, sententiamus et definimus in hunc modum: Primo quo ad articulum decimarum, quod sicut Reverendus in Christo pater et dominus Jacobus Archiepiscopus Haliciensis decimas possedit, hucusque et nunc possidet sic possideat, vel summam pecuniae, quam percepit pro decima et percipit, contradiccione rectoris ecclesiae dictae, videlicet domini Joannis Rutheni non obstante. Super articulo secundo oblationum pronuntiamus, dicimus, arbitramur: quod non obstante pronuntiato arbitrio, laudo Venerabilium virorum, domini Joannis de Luben, doctoris decretorum, ac Stephani, licenciati in decretis, dictus dominus Joannes Rutheni omnes oblaciones in dicta sua ecclesia de quibuscumque altaribus obvenientes, praesertim de altari decem millia martyrum integre percipiat, et quantum sibi videtur pro reparatione tectorum sartorum et aliarum necessitatum dictae ecclesiae juxta sacrorum canonum dispositionem, tam diu det, impendat et quidquid fuerit in perceptis a tempore motae litis, dicto domino Joanni plebano sine diminutione qualibet restituatur. Postremo super annonis missalibus seu dictis duobus truncis, uno siliginis et altero avene de quolibet manso seu laneo

dictae civitatis in Lemburga, sic pronuntiamus, dicimus, arbitramur, praedictos agricultores dictorum agrorum obligari ratione dictarum annonarum missalium perpetuis temporibus de quolibet laneo [1]) praedicto domino Joanni et suis successoribus medium truncum siliginis et medium avene singulis annis in Festo sancti Martini sine qualibet diminutione, cessantibus pecuniis, quae prius pro praedictis annonis missalibus de agris solvebantur; sic quod agricultores dictas annonas solventes a qualibet solutione pecuniae sint soluti, duntaxat soluto grosso uno, in festo praedicto sancti Martini confessoris annis singulis de mensa nomine missalium a non habentibus agros predicto plebano persolvendo; aliis juribus ecclesiae dictae debitis de jure vel consuetudine laudabili in omnibus semper salvis, sublatis expensis hinc inde factis et ipsas mutuis laboribus compensantes. Quorum omnium declarationem, interpretationem, moderationem, si dubium aliquod circa praemissa vel aliquod praemissorum evenerit, nobis in posterum reservamus. Post quam quidem pronuntiationem seu sententiae prolationem, praedictae partes omnia et singula praemissa, rata, grata ac irrevocabilia approbantes, cum gratiarum actionibus susceperunt, volentes praedicta arbitrata et per nos laudata perpetuo et inconcusse sub poenis prius expressis observare. Insuper volentes, ne propter innovationem seu alterationem truncorum siliginis et avenae de laneis praedictis ratione annonarum missalium, respectu quorum certa pecunia videlicet duo grossi ex quadam ordinatione praefati domini Regis in ipsius patentibus literis ante tempora deputata fuerit, alii articuli in eadem litera descripti irritari videantur, utputa de scholae aedificiis et de institutione rectoris seu magistri earumdem, de sacristiano, de dispositione testamentorum et de quibusdam duabus domibus et molendino Sanctae Mariae ibidem in eadem litera latius descriptis; quibus omnibus articulis descriptis, primo videlicet de annonis missalibus duntaxat excepto, per praesens arbitrium seu laudum in nullo penitus derogamus. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem praesentem nostram sententiam laudi exinde per infrascriptum notarium nostrum et facti hujusmodi coram nobis scribam scribi et publicari mandavimus, nostrisque sigillis jussimus et fecimus communiri. Actum et datum Cracoviae in domo habitationis nostrae, videlicet Nicolai Vigandi, in platea fratrum, anno domini Millesimo quadringentesimo septimo, indictione quintadecima, die mensis Novembris octava, hora vesperorum, vel quasi pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregorii divina providencia Papae duodecimi anno primo. Praesentibus ibidem discretis viris dominis Joanne Lindetoldi de Liski, Hewilto de Igolomnia, Joanne Frassonis de Siedliszcze, rectoribus ecclesiarum parochialium, Cracoviensis diocesis, Magistro Stephano rectore scholae Sanctae

[1]) Widocznie opuszczono coś, zapewne *dare*.

Mariae et altaristae Sanctae Barbarae capellae, Joanne Falkenberg cive in Cracovia ac aliis quam plurimis testibus ad praemissa rogatis et vocatis.

Et ego Gregorius Stephani de Lelovia, clericus Cracoviensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, necnon dominorum arbitrorum praedictorum et facti hujusmodi coram eis scriba, quia praemissorum omnium et singulorum, dum sic ut praemittitur agerentur et fierent, unacum praenominatis testibus praesens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, praepeditus aliis arduis negotiis per alium notarium fidelem scribi procuravi, huic me subscribens in hanc publicam formam redegi, signoquoque et nomine meis solitis ac consuetis una cum appensione sigillorum praedictorum dominorum consignavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum.

Drukowano według kopii urzędowéj wystawionéj przez Fabiana Jastrzębskiego notaryusza publicznego w pierwszéj połowie 17. wieku, znajdującéj się dzisiaj w archiwum miasta Lwowa.

XVIII.

W Krakowie 10. Listopada 1407 r.

Mikołaj, syn Wiganda, dziekan przemyski i kanonik krakowski, jako subdelegowany Piotra, biskupa krakowskiego, zwalnia mieszczan lwowskich z opłaty wyznaczonéj na nich kary 500 dukatów.

Nicolaus Wigandi, Decretorum Doctor, Decanus Premisliensis ac Canonicus Sancti Egidy in Civitate Cracoviensi Ecclesiarum, iudex cause et partibus infrascriptis per Reverendum in Christo patrem et dominum Petrum Dei gracia Episcopum Cracoviensem, iudicem delegatum unicum a Sede Apostolica specialiter deputatum subdelegatus, universis et singulis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Archidiaconis, Scolasticis, Thezaurarys, Cantoribus, Sacristianis, tam cathedralium quam collegiatarum ecclesiarum Canonicis parochialiumque ecclesiarum Rectoribus et eorum locatenentibus, curatis et non curatis, Altaristis, Clericis, Notarys Publicis et Tabellionibus quibuscunque per civitates et dioceses Gneznensem, Haliciensem, Cracoviensem, Wratislauiensem, Premisliensem ac alias ubilibet constitutis, ad quem seu ad quos presentes nostre littere devenerint, salutem in domino et presentibus fidem indubiam adhibere, ac nostris ymo verius Apostolicis ac ipsius domini Petri Episcopi Cracouiensis, iudicis delegati unici, mandatis firmiter

obedire. Dudum lites et controversias in Curia Romana inter discretum virum Iohannem Rutheni, rectorem ecclesie parochialis sancte Marie Lamburgensis, Haliciensis diocesis, principalem ab una et providos Consules universitatem presertim: Petrum Eyzenhuttil, Petrum Stechcher, Iohannem Zommersten, Nicolaum Smedfeld, cives, opidanos et agricultores parte ab altera, ibidem de Lamburga, hincinde agitatas, vos et vestrum quemlibet credimus non latere, super quibusdam decimis et alys articulis in quodam reali ac expresso rescripto Apostolico seu comissione ipsi domino Petro Episcopo et demum nobis facto, clarius deductas, quarum tenorem ad presens hic inserere propter eiusdem negocy ac aliorum factorum diffusam narracionem obmisimus, que tamen omnia voluntate divino (*sic*) inter ipsas partes per viam amicabilis concordie sunt sopita, inter cetera tamen, quod dicte partes cum diucius super nullitate quorundam pretensorum processuum a Reverendo in Christo patre domino Iacobo Episcopo Aquilano, protunc sacri Pallacy Apostolici causarum auditore, taliter qualiter emanatorum, occasione quarundam decimarum, que ad mensam Reverendi in Christo patris domini Iacobi Archiepiscopi Haliciensis ipso iure pertinebant et pertinent, in curia memorata disputarent; tandem quod Sanctissimus in Christo pater et dominus dominus noster Gregorius divina providencia Papa duodecimus et modernus ad supplicacionem pro parte Serenissimi Principis et domini domini Wladislai Regis Polonie ac parcium predictarum factam et exhibitam predictas causas omnes et singulas ad se advocavit ipsasque cum ipsarum emergencys, dependencys et connexis memorato domino Petro Episcopo Cracouiensi per viam concordie, si posset, vel saltem mediante iusticia terminandas comisit, per expressum cum potestate: prefatos pretensos processus ac penas pecuniarias, videlicet quingentorum ducatorum de camera dicto domino Iohanni Rutheni et alia medietate pro predicta camera condempnatos, cassandi, irritandi ac relaxandi post factam huiusmodi concordiam, prenominatosque Petrum Eyzenhuttil, Petrum Stechcher, Iohannem Zomersten, Nicolaum Smedfeld principales ex adverso, si opus esset, absolvendi simpliciter et ad cautelam, prout hec omnia clarius in memorato rescripto Apostolico continentur; ultimo tandem cum iam secundum vim et tenorem comissionis sepedicte a predicto domino Petro, Episcopo Cracouiensi, nobis facte, prenominatos litigantes ad videndum concordari vel alias in causis huiusmodi procedi (*sic*), ad certum terminum ipsis legittime prefixum vocare mandavimus, prelibate partes in termino huiusmodi coram nobis comparentes, volentes a litibus huiusmodi totaliter recedere, et ad amicabilem concordiam super premissis devenire, pro quo nobis humiliter utrobique supplicarunt, et tunc in Nos Nicolaum Wigandi subdelegatum prescriptum necnon in wenerabilem virum magistrum Nicolaum Peser, Sacre Theologie professorem, Archidiaconum Sandomiriensem, tamquam in veros et legittimos arbitratores super omnibus et singulis litibus et controversys ac prefatis pretensis processibus de alto et basso compromiserunt,

hincinde sub penis certis in speciali instrumento concordie huiusmodi descriptis et expressis: Nos vero Nicolaus Wigandi facta provocacione [1]) laudi et concordie prefate, ut credimus, deo dante, decenti et iusta ipsisque partibus in toto concordatis, per discretum virum dominum Petrum Wolbrami, rectorem ecclesie in Prandoczin, Cracoviensis diocesis, verum et legittimum procuratorem prenominatorum Petri Eyzenhuttil, Petri Stechcher, Iohannis Sommersten, Nicolai Smedfeld, civium et opidanorum Lamburgensium, de cuius procuracionis mandato sufficienti nobis per instrumenta publica fuit et est facta plena fides, nobis tunc fuit humiliter supplicatum, ac cum debita instancia fueramus per eundem procuratorem requisiti: prefatos pretensos processus domini Iacobi Aquilani cassari et annullari seu irritari ac predictas penas pecuniarias quingentorum ducatorum de camera, ut premittitur, relaxari iuxta vim et tenorem comissionis seu requisiti a sede Apostolica emanati; et specialiter si et in quantum sepedicti processus eiusdem domini Iacobi Aquilay *(sic)* prefatos Petrum et Petrum, Iohannem et Nicolaum, cives et incolas in aliquo ligassent, quod ipse procurator se credere nullatenus asseruit, extunc in personam prenarratorum principalium Petri Eyzenhuttil, Petri Stechcher, Iohannis Sommersten, Nicolai Smedfeld pecyt se absolvi ad cautelam. Nos vero attendentes peticiones huiusmodi fore iustas et racioni consonas, presertim de mandato Appostolico ac ipsius domini Petri, quibus obedire debemus, emanatas sepedictos Petrum Eyzenhuttil, Petrum Stechcher, Iohannem Sommersten, Nicolaum Smedfeld, in persona predicti domini Petri procuratoris ipsorum, Christi nomine invocato, duximus absolvendos ac presentibus absolvimus, ut premittitur, prefatas eciam penas quingentorum ducatorum simpliciter relaxamus, quas prefati denuncciati generaliter videbantur incurrisse. Que omnia et singula vobis omnibus et singulis supradictis, quorum interest aut interesse poterit, in futurum notificamus, insinuamus ac presentibus denotamus. In quorum omnium fidem et testimonium presentes nostras litteras seu publicum instrumentum, huiusmodi absolucionem, ut prefertur, necnon relaxacionem penarum pecunialium predictarum exinde fieri fecimus per notarium publicum scribamque coram nobis subscriptum publicari et subscribi mandavimus ac sigilli nostri appensione iussimus communiri. Datum et Actum Cracouie in domo nostre habitacionis in platea fratrum minorum sub anno domini M°CCCC°VII, Indiccione XV, die vero X Novembris, hora vesperorum vel quasi Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Gregory divina providencia Pape XII anno primo, presentibus ibidem discretis viris dominis Iohanne de Lyssky, Henrico de Icolomia, Iohanne Thassz de Sedliska

---

[1]) *Facta provocacione*, tak odczytał Wagilewicz, dziś wyrazów tych odcyfrować nie można, bo skutkiem tynktury przez Wagilewicza używanej, całe to miejsce nabrało koloru brunatnego.

rectoribus ecclesiarum parochialium Cracouiensis diocesis, magistro Stephano rectori (*sic*) scole Sancte Marie et altariste (*sic*) capelle Sancte Barbare, Iohanne Folkemberg cive Craconiensi ac alys quam pluribus testibus ad premissa.

S. N.
Gregorius Stephani.

Et ego Gregorius Stephani de Lelouia clericus Cracoviensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, memorati Wenerabilis viri domini Nicolai Wigandi iudicis et facti huiusmodi scriba coram eo, quia premissorum peticioni, absolucioni, alys omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, impeditus alys arduis negocys per alium notarium scribi procuravi, huic me subscribens, in hanc publicam formam reddegi, signo quoque et nomine meis solitis et consuetis unacum appensione sigilli prefati domini Nicolai Wigandi iudicis consignavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Oryginał na pergaminie wilgocią uszkodzony, a późniéj smarowany ingredyencyą, która mu nadała kolor brunatny, w archiwum miasta Lwowa Nr. 62; pieczęć oderwana, pozostał pasek pergaminowy.

XIX.

We Lwowie między 14. a 20. Grudnia 1407 r.

Florian z Korytnicy, starosta lwowski, poświadcza, że Stanisław z Zubrzy sprzedał część swą téj wsi Janowi z Zubrzy za 80 kóp groszy.

Nos Florianus de Corithnicza Capitaneus Lamburgensis significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo veniens ad nostram nostrorumque (assessorum [1]) presenciam Nobilis Stanislaus, priwignus Lamberti, heres de Zubrza, sanus mente et corpore, non compulsus nec coactus, sed amicorum suorum cum salubri consilio, fassus est, vendidisse perpetue partem suam hereditatis in predicta Zubrza pro octuaginta sexagenis grossorum nobili Iohanni de Zubrza et pueris suis legittimis et in posterum proximioribus, si contigerint, cum omnibus utilitatibus, proventibus, censibus, agris,

[1]) Wyrazu *assessorum* w oryginale nie ma.

pratis, silvis, mericis, nemoribus, pascuis, piscinis, molendinis, rivis, decursibus aquarum et granieiebus, sicut solus possidebat, nichil pro se vel suis pueris legittimis reservando. Hoc coram nobis et tanquam in parvo castro Lamburgensi resignavit et donavit perpetue Iohanni predicto de Zubrza cum pueris suis possidere, tenere, habere, donare, commutare, vendere et ad usus meliores convertere secundum eorum meliorem voluntatem. Sed eciam quod ad expedicionem nostri Serenissimi Regis Polonie idem Iohannes vel pueri sui tenebuntur de predicta empcione servire cum uno sagittario excepto servicio, quod presens tenetur idem Iohannes vel pueri sui de predicta Zubrz servire; ad . . . . [1]) eciam, quod absit, si aliquis predictum Iohannem vel pueros ipsius de predicta empcione impediret et si idem Iohannes vel pueri sui aliqua dampna perciperent propter eandem empcionem, illa dampna Iohannes vel pueri sui attemptabunt in bonis Stanislai. Datum et actum in Lamburga post festum Lucie [2]) nostro sigillo subappenso, presentibus strenuo Clussone de Wisnani, Wolczone Przeszliczicz, Nicolao Culicowszki, Iohanne Mazouita, Vascone Mosseneczicz, Olescone Hrudcowicz, Michaele Hvlewicz et alys quam pluribus fidedignis sub anno domini millesimo CCCC°VII°.

Pergaminowy oryginał nr. 64 w arch. miasta Lwowa. Na sznurku jedwabnym czerwonym i zielonym zawieszona na ciemno-zielonym wosku wyciśnięta pieczęć, przedstawiająca herb Jelita z napisem w otoku: *s. florani* de Korithn**.

XX.

W Przemyślu 29. Października 1408 r.

Władysław Jagiełło nadaje wsi Zubrzy prawo niemieckie.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Dum vivit litera, vivit et accio commissa litere, cuius assercio nutrit memoriam et labiles semper perpetuat acciones. Proinde nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie, nec non terrarum Craconie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyanie, Litwanieque Princeps Suppremus, Pomeranie dominus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris: Quomodo ad instantes peticiones Iohannis de Zubrze, fidelis nostri dilecti villam ipsius Zubrze predictam, in terra Russie et districtu Lamburgensi sitam, prout in suis

[1]) Jeden wyraz nieczytelny.

[2]) Ponieważ opuszczono tutaj ferię, nie można daty téj bliżéj rozwiązać, jak między 14. a 20. Grudnia.

metis et graniciebus longe lateque et circumferencialiter est distincta, de iure polonico in ius theutunicum, quod Maydeburgense dicitur, transferimus perpetue duraturum; removentes ibidem omnia iura polonicalia, modos et conswetudines universas, que ipsum ius theutonicum plerumque perturbare consweverunt. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus omnes et singulos kmethones catholicos [1]) et incolas ville predicte ab omni iurisdiccione et potestate omnium Regni nostri palatinorum, castellanorum, capitaneorum, iudicum, subiudicum et quorumlibet officialium et ministerialium eorundem, ut coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, homicidy, sangwinis, incendy, membrorum mutillacionis, ceterisque enormibus excessibus citati minime respondebunt, nec aliquas penas solvere tenebuntur, sed tantum kmethones et incole ville predicte coram scolteto suo, qui pro tempore fuerit, scoltetus vero coram domino suo aut coram nobis vel nostro iudicio generali, dum per nostram literam nostro sigillo sigillatam fuerit evocatus, si in reddenda iusticia negligens fuerit et remissus, tunc non aliter quam iure suo Maydeburgense predicto de se querulantibus respondere sit astrictus, in causis vero criminalibus superius expressatis scolteto ville predicte iudicandi, sententiandi, corrigendi, puniendi et condempnandi plenam damus et omnimodam concedimus potestatem, prout hoc ipsum ius theutunicum Maydeburgense predictum in omnibus suis punctis, sententiis, condicionibus et clausulis postulat et requirit; iuribus tamen Regalibus nostris in omnibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Premislia feria secunda in crastino beatorum Simonis et Iude Apostolorum, anno domini millesimo quadringentesimo octavo. Presentibus ibidem Reverendo in Christo patre domino Mathia Episcopo Premisliensi, nec non Validis Strenuisque viris Petro Kmythe Palatino Cracouiensi, Floriano de Corithnicza Capitaneo Lamburgensi, Stanislao de Ogrodzenecz, Paulo Slodzey de Kostelecz et Klussone de Wysnany, alysque quam plurimis fidedignis nostris fidelibus dilectis. Datum per manus Venerabilis Nicolai prepositi Sancti Floriani ante Cracouiam, Regni Polonie Vicecancellary, nobis sincere dilecti.

Ad relacionem eiusdem Nicolai prepositi sancti Floriani, Regni Polonie Vicecancellary.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 65. Na sznurku jedwabnym białym i zielonym zawieszona pieczęć mniejsza królewska, jak w statucie Działyńskiego Tab. IV, N. 3.

---

[1]) Wyraz *catholicos* napisany tą samą ręką, wprawdzie tuż za *kmethones*, ale już na marginesie.

XXI.

W Krakowie 12. Marca 1409 r.

Władysław Jagiełło nadaje Wiślicy prawo magdeburskie.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humanae naturae commoda nichil dignius memoria habeatur, opportunum existit, ut actus hominum literarum apicibus et testium annotacione perhenentur, ne lapsu temporis evanescant. Proinde Nos Wladislaus dei gratia Rex Poloniae necnon terrarum Cracouiae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae Litwaniaeque princeps supremus Pomeraniaeque dominus et haeres Russiae etc. significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: quomodo cupientes civitatis nostrae Wislicia condicionem facere meliorem ad instantes peticiones civium civitatis eiusdem, qui sufficienti testimonio coram nobis docuerunt, qualiter iura et privilegia ipsorum ignis voragine cremata sunt totaliter et combusta, ipsis ius civile, quo aliae civitates nostrae, puta Cracovia, Sandomiria utuntur et fruuntur, damus et attribuimus, praedictamque civitatem wisliciensem cum omnibus pertinenciis, prout in ipsius metis, graniciebus et limitibus longe, late ac circumferencialiter ab antiquo est limitata et distincta, de iure Polonico et quovisalio in ius teutunicum Maidburgense transferimus, perpetuo duraturum; removentes ibidem omnia iura Polonicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Teutunicum plerumque perturbare consueverunt; eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus advocatum, cives et quosvis incolas predicte civitatis ab omni iurisdiccione et potestate omnium nostri regni castellanorum, palatinorum, capitaneorum, iudicum, subiudicum et ministerialium eorundem, ut coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, sanguinis, homicidii, incendii, membrorum mutilacionis et quibuscunque alys citati, minime respondebunt, nec aliquas penas solvere tenebuntur, sed cives et incole civitatis antedicte coram suo advocato, advocatus vero coram nobis vel nostro iudicio generali, dum tamen per literam nostro sigillo sigillatam evocati fuerint, si predicte civitatis advocatus in reddenda iusticia negligens fuerit et remissus, tunc non aliter quam suo iure Teutunico predicto cuilibet ad obiecta respondebunt. In causis autem criminalibus et capitalibus superius expressatis advocato civitatis predicte iudicandi, senteneiandi, corrigendi, puniendi et plectendi damus et concedimus plenam et omnimodam potestatem, prout hoc ius Teutunicum predictum in suis omnibus articulis, punctis, clausulis et condicionibus postulat et requirit, iuribus tamen nostris regalibus in omnibus semper

salvis. Harum quibus Maiestatis nostre sigillum appensum est testimonio litterarum. Actum Cracoviae feria tercia post dominicam Oculi, anno domini millesimo quadringentesimo nono, presentibus hiis reverendis in Christo patribus dominis Nicolao Sancte Gneznensis Ecclesie Archiepiscopo, Alberto Poznaniensi Episcopo, validisque et nobilibus Iohanne de Tarnow Castellano, Petro Kmitha de Wisznicze Palatino Cracoviensibus, Cristino de Ostrow Palatino Sandomiriensi et Nicolao de Michalow Woyniciensi Castellano aliisque quam pluribus nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus honorabilis Nicolai Praepositi Sancti Floriani ante Cracouiam Regni Poloniae Vicecancellarii, nobis sincere dilecti.

Podług kopii z r. 1470 znajdującéj się w arch. m. Lwowa V, tom I, str. 189.

XXII.

W Nowem Mieście Korczynie 20. Sierpnia 1409 r.

Władysław Jagiełło darowywa Stanisławowi Korytce wsie Poczajowice i Gaje niższe i wyższe na własność z prawem dziedzicznem.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus in posterum pariat detrimentum, alta regum et principum consilia decreverunt, ut literarum et testium annotatione debeant perennari. Proinde Nos Vladislaus Dei gratia Rex Poloniae, necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae Litvaniaeque princeps supremus, Pomeraniae Russiaeque dominus et haeres etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris: Quomodo cupientes nobilium generum propagines in terris Russiae dilatare, et praesertim attendentes purae fidei constantiam et fidelitatis studiosa obsequia Nobilis Stanislai Korytko, fidelis nostri dilecti, quibus Nobis complacuit et aucto fidelitatis studio praestantius Nobis et nostris posteris complacere in futurum (*poterit*) harum intuitu volentes ipsum specialis gratiae prosequi favoribus et ad nostra obsequia continuo reddere promptiorem, villas nostras Poczajowicze et binos Gaje [1]) in terra Russiae et districtu Drohobycensi sitas, cum omnibus illarum villarum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, obventionibus, emolumentis, agris, pratis, campis planis, montibus, collibus, vallibus et convallibus, borris, mericis, pinetis, quercetis, gais, dumetis, virgultis,

[1]) Poczajowice i Gaje niższe i wyższe, wsie w powiecie drohobyskim.

rubetis, mellificiis, venationibus et aucupationibus, fluminibus, lacubus, paludibus, fluviis, rivis, aquis, stagnis, aquarum et fluviorum decursibus, piscinis, piscaturis, molendinis, emolumentis, necnon attinentiis, pertinentiis, coherentiis et appendiis universis, nihil pro Nobis et nostris successoribus legitimis juris, proprietatis vel dominii in eisdem penitus reservando, prout etiam eaedem villae Poczajowicze et Gaje praedictae in earum metis graniciis et gadibus longe lateque et circumferencialiter sunt distinctae et limitatae, cum quibus granieiebus praedictis et limitibus ipsas villas soli tenuimus et possedimus, praedicto Stanislao Korytkoni suisque haeredibus et successoribus legitimis, posterisque ipsorum, jure haereditario damus, conferimus et donamus donatione perpetua et irrevocabili perpetuis temporibus duratura, per ipsum Stanislaum ac ejusdem haeredes atque legitimos successores tenendas, habendas, possidendas, vendendas, commutandas, donandas, obligandas, utifruendas, pro suo suorumque haeredum et successorum beneplacito voluntatis, prout etiam eidem Stanislao suisque haeredibus ac successoribus legitimis melius, utilius aut convenientius videbitur expedire, convertendas: constituentes praefatum Stanislaum Korytkonem ejusque haeredes et legitimos successores praedictarum villarum Poczajowicze et Gaje haeredes et dominos ac legitimos possessores, cum limitibus, signis et granieiebus infrascriptis propter insignia videlicet ista, ab oppido Drohobycz, ab agris quos habet, usque ad Slonny Brod inferius Tysmienica rippas ambas usque ad fluvium Slonica, ubi cadit in fluvium Thuszenica, via qua vadit usque ad insignia dicta Baranie rogi et ex parte alia fluvii Slonica inter villas Bolochowcze et Raniewicze superius fluvii Slonica, usque ad Potok, ubi cadit Calisćza in fluvium Slonica, usque ubi cadit fluvius Kropilnik in fluvium Słonica, et superius fluvio Słonica rippae superiori usque circumferencialiter oraculo alias Monasterza usque ad montem dictum Chramota et ab eodem monte usque ad montem Jałowecz et usque ad insignia dicta chosdz, via qua ubi vadit usque ad fluvium Stupnica et inferius Stupnicze fluvio usque ad campum dictum Polany et ultra ad fluvium, quod (*sic*) ibi evenit Letńnia usque ad Dlugi Potok, et ab eodem potok usque ad silvam Kamienica per viam dictam Tynoszy, et pertranseundo fluvium usque ad Brod Czyrnolin et usque ad signum dictum Thatowy Czertezy. Volumus etiam, quod praetextu hujusmodi nostrae donationis Stanislaus praedictus ejusque haeredes ac legitimi successores Nobis et successoribus nostris cum una hasta et quinque sagitariis in armis bene competentibus ad omnem expeditionem generalem temporibus perpetuis sint astricti; harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum in Nova Civitate Korczyn feria tertia infra octavas assumptionis Sanctae Mariae anno domini millesimo quadringentesimo nono, praesentibus ibidem Magnificis ac Strenuis viris, Nicolao de Michalow Sandomiriensi, Joanne Liganza de Niemirow Lanciciensi Palatinis, Michaele de

Bogumiłowicze Sandomiriensi, Joanne de Toluskow [1]) Calissiensi Castellanis, Bartosio de Charbinowicze Succamerario Sandomiriensi et Zbigneo de Brzeze Mareschalco Regni nostri Poloniae et aliis multis fidelibus nostris fidedignis. Datum per manus Reverendi in Christo patris Domini Alberti Dei gratia Episcopi Cracoviensis et Regni Poloniae Cancellarii et Venerabilis Domini Donin Decani et praepositi Cracoviensis ejusdem Regni Viceeancellarii, sincere dilectorum.

Dokument ten potwierdzony został przez Kazimierza Jagiellończyka w r. 1462 (patrz pod tym rokiem) a wraz z tem potwierdzeniem znów potwierdzony był przez Zygmunta III w r. 1605, to zaś ostatnie potwierdzenie oblatowano w aktach Ziemskich przemyskich 22. października 1616 roku. Drukowano to według wypisu z oblaty, znajdującego się w posiadaniu miasta Drohobycza, porównanego z samą oblatą w Acta Terrestr. Premisl. ks. 84, fol 757—764. W oblacie, a jeszcze bardziej w wypisie zachodzą niektóre błędy, które tu sprostowano.

XXIII.

We Lwowie 2. Września 1409 r.

Florian z Korytnicy, starosta ruski, poświadcza, że Jan Sichowski sprzedał wieś swą Sichów Piotrowi z Charbinowic za 50 kóp groszy.

Nos Florianus de Coritnicza Capitaneus Terre Russie palam recognoscimus harum per presentes, quibus expedit, universis et singulis, presentem literam inspecturis: quod veniens coram nos nostrorumque assessorum (*sic*, *sic*) honestus Iohannes Szychowsky una cum vxore sua Osanna Katarina sano corpore, bona mente, compos racionis, non compulsus nec coactus nec aliquo errore seductus, sed de bona animi sui voluntate et amicorum suorum maturo consilio villam suam videlicet Szychow, [2]) in districtu Lamburgensi sitam et habitam, strenuo domino Petro heredi de Charbinowicze et suis legittimis successoribus pro quinquaginta sexagenis vendidit et coram nobis nostrorumque assessorum (*sic*, *sic*) iuste et vere vendicionis titulo libere resignavit cum omnibus iuribus, proventibus agris, pratis, silvis, nemoribus, borris, gais, pascuis, piscinis, aquis, aquarum decursibus et prout solus tenuit et habuit, nullum ius sive dominium pro se et suis legittimis successoribus penitus reservando; deditque predictus Iohannes pretacto domino Petro ante-

[1]) Jan z Tuliszkowa, herbu Zaręba, kasztelan kaliski. Niesiecki, herbarz Polski (wyd. Bobrowicza) I, 241.

[2]) Sichów wieś w powiecie lwowskim.

dicte ville habende, tenende, commutande, vendende, alienande, utifruende et in usus suos beneplacitos convertende potestatem. In cuius rei testimonio (*sic*) sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Lemburge proxima feria secunda post festum sancti Egidy anno domini millesimo quadricentesimo (*sic*) nono, presentibus hys testibus Weszkone Teptukowicz, Dobkone Sprowsky de Szyrawicze, Iohanni (*sic*) Beleczky, Folmaro de Myclaszow concivi Lemburgensi, Budkoni (*sic*) de Czarnowicze, Zawisza palatino [1]) Lemburgensi et alys quam pluribus fidedignis.

Pergaminowy oryginał nr. 67 w arch. miasta Lwowa. Na pasku pergaminowym zawieszona na ciemno-zielonym wosku wyciśnięta pieczęć Floryana, już opisywana poprzednio.

XXIV.

We Lwowie 3. Stycznia 1411 r.

Florian z Korytnicy, kasztelan wiślicki i starosta lwowski, poświadcza, że Piotr Włodkowicz z Charbinowic, podstoli sandomirski i starosta trembowelski, sprzedał wieś swą Oświcę wraz z Kreblowem dworzyszczem za 120 kóp ruskich Janowi z Zubrzy.

Nos Florianus heres de Corithnicza, Castellanus Wisliciensis et Capitaneus Lemburgensis, significamus, quibus expedit, universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris: quod ad nostram aliorumque nobilium tunc nobiscum sedencium veniens presenciam strenuus miles dominus Petrus Wlodconis heres de Charbynowicze, Subdapifer Sandomiriensis et Capitaneus Trebowliensis, non coactus nec compulsus nec aliquo dolo seductus sed benivole, sanus mente et corpore existens, sanoque suorum amicorum usus consilio, totam suam hereditatem seu villam dictam Oschwicza [2]) cum curia Georgy alias Iurconis dicta Creblowo dworzischcze, in districtu Lemburgensi sitas, cum toto iure et dominio, prout solus tenuit, nichil pro se aut pro suis proximioribus in ibidem penitus reservando, cum omnibus proventibus et utilitatibus, que nunc ibi sunt et in posterum fieri poterunt, ad eandem hereditatem seu villam et curiam quomodolibet spectantibus, quibuscunque nominentur nominibus, prout eadem hereditas seu villa in suis

[1]) Wojewoda, (na Rusi podrzędny urzędnik sądowy) tutaj przetłumaczono na *palatinus*. Urząd ten już po kilka razy zachodził w tym i poprzednich tomach.

[2]) Oświca, wieś koło Zubrzy, w powiecie lwowskim, dziś las pod tą nazwą. Zobacz tom III, nr. LVI.

greniciebus longe lateque, ab antiquo, circumferencialiter est distincta et limitata nobili viro Iohanni heredi de Zubrza pro centum et viginti sexagenis Ruthenicis pecuniarum communis pecunie terrestris vendidit, sibique Iohanni predicto et suis posteris legittimis habendum, tenendum, possidendum, vendendum, commutandum, dandum, donandum, alienandum et in usus beneplacitos convertendum, prout sibi et ipsius posteris legittimis melius et utilius videbitur expedire, perpetuo resignavit. Prefatum quoque Iohannem et ipsius posteros legittimos pro omni dampno iuxta ius terrestre effectualiter intercessit, si eum aut eos aliquis impediret. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Lemburga Sabbato post festum circumcisionis domini proximo sub anno domini millesimo quadringentesimo undecimo, presentibus strenuis et nobilibus viris Wolczcone alias Przeczsluzzicz (*sic*) Capitaneo Haliciensi, Iohanne dicto Clus de Wyznyany, Hleeb (*sic*) de Romanow, Cristino de Martynow, Hriczcone de Bybel, Iohanne dicto Mazoszanyn de Iaryczow heredibus, ac alys quam plurimis nobilibus fide dignis.

Pergaminowy oryginał nr. 71 w arch. miasta Lwowa. Na sznurze czarnym i czerwonym pieczęć na wosku ciemno-zielonym wyciśnięta, przedstawiająca herb Jelita z napisem w otoku: *s. florani* de Korithn**.

XXV.

We Lwowie 3. Stycznia 1411 r.

Florian z Korytnicy, kasztelan wiślicki i starosta lwowski, poświadcza, że Piotr Włodkowicz z Charbinowic, starosta trembowelski, sprzedał wieś swą Sichów Janowi z Zubrzy za 60 kóp groszy i konia wartości cztérech kóp groszy.

Nos Florianus heres de Corithnicza, Castellanus Wisliciensis et Capitaneus Lemburgensis, significamus, quibus expedit, universis, tam presentibus, quam futuris, presencium noticiam habituris: quod ad nostram aliorumque nobilium, tunc nobiscum sedencium, veniens presenciam strenuus miles dominus Petrus alias Wlodcowicz heres de Charbinowicze, capitaneus Trebowliensis, non coactus nec compulsus, nec aliquo dolo seductus, sed benivole, sanus mente et corpore existens, sanoque suorum amicorum usus consilio, totam suam hereditatem seu villam dictam Sychow in districtu Lemburgensi sitam, cum toto iure et dominio, prout solus tenuit, nichil pro se aut pro suis proximioribus in ibidem penitus reservando, cum omnibus proventibus et utilitatibus, que nunc

ibi sunt, et imposterum fieri poterunt, ad eandem hereditatem seu villam quomodolibet spectantibus, quibuscunque nominentur nominibus, prout eciam eadem hereditas seu villa in suis greniciebus longe lateque, ab antiquo circumferencialiter est-distincta et limitata, nobili viro Iohanni heredi de Zubrza [1]) pro sexaginta sexagenis Ruthenicis, et equo quatuor sexagenas Ruthenicas valente vendidit, sibique et suis posteris legittimis habendum, tenendum, possidendum, vendendum, comutandum, dandum, donandum, alienandum et in usus beneplacitos convertendum, prout sibi et eius posteris legittimis melius et utilius videbitur expedire. Ita perpetuo reformavit, iuxta quod a nobili viro Iaschcone dicto Fortuna et filio suo solus emit et habet, tamdiu, quousque sibi eciam idem dominus Iaschco Fortuna predictus cum filio suo perpetualiter reformarent. Predicto quoque Iohanni et suis posteris legittimis pro omni dampno iuxta ius terrestre spopondit et promisit, sic quod ipsum et ipsius posteros legittimos debet intercedere, si eum aut eos aliquis impediret. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Lemburga Sabbato post festum circumcisionis domini proximo sub anno domini millesimo quadringentesimo undecimo, presentibus strenuis et nobilibus viris dominis Wolczcone alias Przesluzzicz capitaneo Haliciensi, Iohanne Clussone de Wyznani, Hleeb de Romanow, Cristino de Martynow, Hriczcone de Bybel, Iohanne dicto Mazoszanyn de Jaryczow heredibus ac alys quam pluribus nobilibus fidedignis.

Pergaminowy oryginał nr. 70 w arch. miasta Lwowa. Pieczęć oderwana, pozostał sznur jedwabny koloru czerwonego i czarnego.

XXVI.

We Lwowie 14. Marca 1411 r.

Florian z Korytnicy, kasztelan wiślicki i starosta lwowski, poświadcza, że Stanisław Lambertowicz, dziedzic Oświcy, sprzedał wieś tę za 120 kóp Piotrowi Włodkowiczowi z Charbinowic, podstolemu sandomirskiemu i staroście trembowelskiemu.

Nos Florianus heres de Corithnicza, Castellanus Wisliciensis et Capitaneus Lemburgensis, significamus tenore presencium quibus expedit universis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris: Quod ad nostram aliorumque Nobilium protunc

---

[1]) Sichów i Zubrza wsie w pobliżu Lwowa.

nobiscum sedencium veniens presenciam Nobilis vir Stanislaus alias Lembyeerthowicz heres de Oschwicza, non compulsus, nec coactus, neque aliquo dolo seductus, sed benivole sanus mente et corpore existens, sanoque suorum amicorum usus consilio, eandem totam suam villam seu hereditatem Oschwicza [1]) dictam, in districtu Lemburgensi sitam, cum curia dicta Crebowlowo Dworzyschcze, cum omnibus fructibus, proventibus, utilitatibus et pertinencys, agris, pratis, campis, rubetis, quercetis, virgultis, dumetis, aucupacionibus, mericis, borris, mellificys, gays, silvis, nemoribus, venacionibus, venabulis, molendinis, piscinis, stangnis, lacubus, paludibus, aquis, aquarum decursibus, ac alys proventibus et utilitatibus; que nunc ibi sunt et imposterum fieri poterunt, ac appendys universis ad eandem villam seu hereditatem predictam et curiam quomodolibet spectantibus, quibuscunque nominentur nominibus, cum toto iure et dominio, prout solus hucusque tenuit, nichil pro se aut pro suis posteris vel proximioribus legittimis in ibidem penitus reservando, prout eciam eadem villa seu hereditas et curia predicta in suis greniciebus longe lateque ab antiquo circumferencialiter sunt distincta et limitata, Strenuo militi domino Petro Wlodkonis heredi de Charbynowicze, Subdapifero Sandomiriensi et Capitaneo Trebowliensi, pro centum et viginti sexagenis Ruthenicalibus grossorum comunis pecunie terrestris, denarys parwis exceptis, racionabiliter vendidit, sibique et suis posteris legitimis habenda, tenenda, possidenda, utifruenda, vendenda, comutanda, danda, donanda, alienanda, et in usus beneplacitos convertenda, prout sibi et suis posteris legitimis melius et utilius videbitur expedire, perpetuo resignavit. Insuper prefatus Stanislaus ipsi domino Petro memorato et suis posteris legitimis pro omni dampno iuxta ius terrestre promisit et spopondit, itaque debet eum vel eos pro omnibus impedimentis suorum propinquorum aut aliorum quorumcunque hominum racione ville seu hereditatis et curie predicte intercedere cum effectu. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Lemburga Sabbato in Vigilia dominice Oculi mei, sub anno domini millesimo quadringentesimo undecimo. Presentibus Strenuis et Nobilibus viris dominis Iohanne Clussone de Wyznani, Marcissio dicto Corczak de Brvmoow (*sic*), Michaele de Buczaacz, (*sic*) Iohanne dicto Mazoszanyn de Iaryczow, Dobkone de Sprowaa, (*sic*) Iohanne de Byelca, heredibus ac alys quam pluribus Nobilibus fidedignis.

Oryginał na pergaminie w arch. miasta Lwowa nr. 72. Pieczęć oderwana, pozostał czerwony jedwabny sznur.

---

[1]) Tę samą wieś Oświcę sprzedał 3. Stycznia 1411 r. Piotr Włodkowicz z Charbinowic Janowi z Zubrzy. Zobacz tomu tego nr. XXIV.

XXVII.

We Lwowie 28. Października 1411 r.

Iwan z Obychowa, kasztelan szremski i starosta lwowski, poświadcza, iż Jaszek Fortuna z synem Janem sprzedali swe dziedzictwo Sichów, Piotrowi, synowi Włodka, staroście trembowelskiemu za 120 kóp szerokich groszy.

Nos Iwanus heres in Obychow, Castellanus Szremensis Capitaneusque Lamburgensis, universis et singulis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris tenore presencium significamus quibus expedit universis: Quia venientes ad nostram ceterorumque dominorum presenciam Nobiles domini Iassek Fortuna cum suo filio Iohanne, non compulsi, non coacti, sed de bona ipsorum voluntate, hereditatem ipsorum ipsos concernentem dictam Szychow, [1] sitam in districtu Lamburgensi, strenuo militi domino Petro olim Wlodconis, capitaneo Trebowlensi, pro centum XX sexagenis latorum grossorum numeri terrestris vendiderunt cum omnibus proventibus, censibus, utilitatibus, fructibus, pensionibus, agris cultis et incultis, aquis et aquarum decursibus, curiis, silvis, pinetis, mellificiis, granicys, ceterisque attinencys et appendys universis quocumque nomine vocentur, cum omni iure, dominio ac universali potestate et proprietate, prout soli tenuerunt, habuerunt diuturno tempore gubernantes, sibique coram nobis et ipsius posteris legittimis, nichil amplius ipsis in eadem hereditate dicta Szychow reservantes, quidquam iuris vel dominy in perpetuum resignaverunt eviternis temporibus duraturum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Lamburga ipso die sanctorum Simonis et Iude, anno domini Millesimo CCCC^{mo} undecimo. Presentibus Dominis Hriczcone Gerdeewicz, Cluszone de Wysznany, Oleschcho Szeczsky, Iohanne Mazouitha de Iaryczow, Iwan Czarnoszewycz, Andrea advocato de Scyrecz, testibus quam plurimis fide dignis in testimonium premissorum gestorum.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 73. Na jedwabnym sznurku koloru czerwonego i czarnego zawieszona pieczęć na czarnym wosku wyciśnięta, przedstawiająca herb Wieniawa z napisem w otoku: *s* iwani* de† carnow**.

---

[1]) Porównaj o tej wsi toma tego nr. XXV.

XXVIII.

We Lwowie 13. Stycznia 1412 r.

Ławnicy lwowscy poświadczają, że Jakób Faber, mieszczanin lwowski, sprzedał część placu do niego należącego Janowi Brennerowi za 14 kóp groszy.

Nos Scabini civitatis Lemburgensis infrascripti videlicet Tyczewirt, Michael Faber, Clemens Czedlicz, Aberko Smedthaws, Gunterus, Franczko pellifex, Nicolaus Steyner, Martinus Synneurcych, Albertus Buchholcz, Georgius Stober, Hanuschko Czerler universis et singulis, quibus nosse fuerit opportunum, significamus tenore presencium publice declarantes: qualiter coram nostri banniti iudicy presencia, cui Georgius Göbel noster advocatus prefuit, presencialiter constitutus circumspectus Iacussius sive Iacobus Faber, noster concivis, unam partem sive porcionem aree in postico ipsius in intermedio curie Iohannis Brenner situatam, in longitudinem decem et octo et in latitudinem undecim ulnerarum plenarie mensuratam, idem Iacobus Faber cum consensu et voluntate consortis sue prescripto Iohanni Brenner, eciam nostro concivi, pro quatuordecim sexagenis irrevocabiliter et libere vendidit, ac iuridice resignavit cum omni facultate iuris, videlicet habendi, tenendi, utifruendi, vendendi, commutandi et in usus ipsius ac suorum omnimode convertandi, prout sibi suisque melius videbitur expedire, perpetue et pacifice eandem partem sive porcionem aree possidendi iuxta ipsius bene placitam voluntatem promisitque idem Iacobus Faber pro omni allocucione et arrestacione vendicionis iuxta decreta et ius civitatis. Constat eciam nobis scabinis suprascriptis, quomodo idem Iohannes Brenner pecuniam videlicet quatuordecim sexagenas prefato Iacobo Fabro pro eadem porcione aree in toto persolvit et cum effectu integre depagavit. In cuius rei pleniorem evidenciam sigillum nostrum scabinale presentibus est appensum. Actum et datum ipsa die iuridica feria quarta in octava Epyphanie domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo XII°.

Pergaminowy oryginał nr. 74 w arch. miasta Lwowa. Na pasku pergaminowym zawieszona wytarta pieczęć ławników opisana przy dokumencie nr. XLVI.

XXIX.

We Lwowie 14. Września 1412 r.

Iwan z Obychowa, kasztelan szremski, jeneralny starosta ruski, poświadcza, jako Piotr z Charbinowic, podstoli sandomirski, sprzedał wieś swą Sichów Janowi z Zubrzy za 130 kóp groszy.

Nos Iwan heres in Obychow, Castellanus Szremensis, Capitaneus Russie generalis, universis et singulis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris tenore presencium significamus quibus expedit universis: Quia veniens ad nostram ceterorumque dominorum presenciam Strenuus dominus Petrus olim Wlodconis heres de Scarbinowicze (*sic*) Subdapifer Sandomiriensis, non compulsus, non coactus, nec aliqua racione seductus, in bona sua voluntate, fretusque consilio suorum amicorum, villam suam vulgariter nuncupatam Sychow [1]), sitam in districtu Lemburgensi, Nobili domino Iohanni de Zubraza (*sic*) pro Centum XXX sexagenis grossorum alborum vendidit, sibique et suis posteris legittimis coram nobis in perpetuum resignavit perpetuis temporibus duraturum, cum omnibus et singulis proventibus, utilitatibus, fructibus, censibus, pensionibus, agris, pratis cultis et incultis, silvis, mericis, aquis, rubetis, piscinis, molendinis, staguis, paludibus, ceterisque attineneys, que ibidem in eadem hereditate nunc sunt, vel in futuro possunt esse vel per humanos possent excogitari, cum omnibus granieys, prout dicta villa Sychow in suis metis est circumferencialiter distincta, ac cum omni iure et dominio, prout aly tenuerunt, habuerunt: quibus venditis per presentes annuimus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in Lamburga, feria quarta proxima post festum beate Marie nativitatis Virginis gloriose, anno domini M^{mo}CCCC^{mo}XII°. Presentibus dominis Michaele de Budczacz, Iohanne de Iaryczow, Iwano Czarnisseuicz, Oleschone Soczsky, Clemente Corowa, Dymytro dicto Weczersza, testibus in premissis etc.

Oryginał na pergaminie w arch. miasta Lwowa nr. 75. Na jedwabnym sznurze koloru czarnego i czerwonego zawieszona pieczęć, taka sama jak przy dokumencie z r. 1411, Nr. XXVII.

---

[1]) Porównaj o tej wsi nry XXVII i XXV.

XXX.

We Lwowie 24. Maja 1413 r.

Ławnicy lwowscy poświadczają, że Hanko, wójt z Lubomli, na podstawie upoważnienia królewskiego rozgraniczył większy zamek lwowski od winnicy ławnika Jana Trautfrauelein.

Nos Scabini civitatis Lamburgensis infrascripti videlicet Tyczewirt, Clemens Czedlicz, Andreas pistor, Guntherus institor, Franciscus pellifex, Georgius Stober, Martinus Zynnenreych, Iohannes Krypendorff, Iohannes Tolmacz, Hanuschko Czerler, Aberto Smethaws necnon Nicolaus Steyner significamus tenore presencium coram singulis nec non, quibus expedit, universis, publice contestantes atque clare: qualiter ex mandato et licencia Serenissimi Principis et domini domini Wladislai Dei gracia Regis Polonie etc., domini nostri graciosissimi, providus vir Hanko, advocatus de Lubomla, habens certas literas regales, ut in civitatibus, locis, campis, silvis, mericis, nemoribus etc. et alias, ubicunque sibi consonum videretur, certas grenicies nomine regio limitaret, et mansos dimetiret; quasquidem literas idem Hanko in medium nostri banniti iudicy, cui Michael Faber, noster advocatus, protunc presidebat, produxit, salwas et integras, sigillo regio sigillatas, quas suscepimus gratanter cum reverenciali honore, sicut decet. Unde vigore earundem literarum cum consensu et voluntate validi domini Iwonis, protunc capitanei Lamburgensis, in presencia ipsius woyewode Wlodkonis et dominorum nostrorum consulum Lamburgensium assensu, predictus Hanko grenicies et metas inter maius castrum Lamburgense et vinetum Iohannis Trawtfraweleyn, nostri scabinalis officii college, quod vinetum prima fronte ad libertatem nec non ad laneos civitatis pertinet et principaliter debuit emensurari, tali modo limitavit: videlicet incipiendo a lapide limitali, qui lapis distingwit metas maioris castri et laneorum civitatis, praefatus Hanko ponens mensuram in fronte eiusdem lapidis per directum, sursum per montem, in longitudinem usque per silvam, deorsum hoc ipsum vinetum emensuravit et limitavit, ponens ibidem signa grenicierum, per ipsum facta pro vera mensuracione, taliter quod predictum vinetum circa huiusmodi emensuracionem et grenicies, per ipsum Hankonem mandato regio factas, perpetuo debet inviolabiliter permanere iuxta longitudinem et mensuram laneorum civitatis prenarrate. Actum et datum quarta feria in vigilia sancti Urbani pape. Harum quibus sigillum nostri sca-

binatus officy presentibus est subappensum. Presentibus Nobili Wlodkone protunc Woyewoda Lamburgensi, necnon providis viris Petro pellifice, Conrado Ryppen, Iohanne de Styna, Alberto Buchholcz, Iohanne Serkys et Michaele Fabro protunc consulatui presidentibus, sub anno domini millesimo quadringentesimo tercio decimo etc.

Pergaminowy oryginał nr. 76 w arch. miasta Lwowa. Pieczęć oderwana.

XXXI.

We Lwowie 30. Sierpnia 1413 r.

Ławnicy lwowscy poświadczają, że przed sądem ich cedowała Katarzyna z Zimmermanów, żona Januszka tłómacza, mężowi swemu folwark Holowsko, dziedziczną swą własność.

Nos Scabini civitatis Leopoliensis videlicet Ioannes Trautfrewwleyn, Thicewirt, Clemens Czedlicz, Andreas pistor, Guntherus, Georgius Scober, Martinus Zinrich, Ioannes Kripendorff, Ianuszko Czerler, Nicolaus Steiner et Franciscus pellifex recognoscimus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris presentium noticiam habituris: quomodo coram nostra et nostri banniti iudicy presentia honesta Catherina filia legitima quondam famosi Nicolai Czimerman, nostri concivis, consors vero legitima famosi Ianuszkonis interpretis, protunc notary et college civitatis nostre Leopoliensis, personaliter constituta, mature pubertatis et discrecionis existens, non compulsa nec coacta seu quovis errore vel fraude seducta, sed sana mente et corpore et deliberacione matura prehabita, suorumque amicorum usa consilio speciali, omnia et singula bona sua paterna et materna quovis modo ipsam concernencia, hereditaria tamen, necnon mobilia et immobilia in civitate et extra civitatem consistencia, et signanter allodium seu predium Holowsko [1]) nuncupatum, cum omni iure, dominio et proprietate emetonibus, incolis, curys, piscinis, molendino ac alys omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis, sylvis, mericis, nemoribus, gays, rubetis, virgultis, venacionibus, aucupacionibus, mellificys, piscinis, piscaturis, rivis, torrentibus, molendinis et ipsorum emolumentis, attinencys, pertinencys, coherencys, appendys et obvencionibus ac usibus universis, qui modo ibidem sunt, et fieri in posterum possunt, et quacunque

[1]) Holosko małe i wielkie, wsie w powiecie lwowskim.

industria per ipsum Ianuszkonem, suos liberos et successores legitimos disponi in ibidem et procurari, memorato Ioanni interpreti, consorti suo legitimo, dedit, donavit, riteque et racionabiliter perpetuis temporibus cessit et resignavit, constituens ipsum Ianuszkonem predicta Catherina consors sua eiusque liberos et successores legitimos, nullumque alium, ut puta consanguineorum et amicorum suorum, dictorum bonorum mobilium et immobilium, et presertim predicti allody seu predy Holowsko, cmetonum, incolarum, curiarum, molendinorum, piscinarum et aliarum utilitatum superius expressarum, prout in suis metis granicys et limitibus, longe, late et circumferencialiter sunt distincta ab antiquo et limitata, verum dominum, heredem et perpetuum pessesorem. Que quidem bona omnia et singula superius descripta et predictum allodium seu predium Holowsko, cum pertinencys suis ipse Ianuszko vel sui heredes et legitimi successores tenebunt, habebunt, utifruentur et pacifice possidebunt, perpetuis temporibus et in evum necnon vendent, commutabunt, donabunt, obligabunt et, prout eis melius et utilius videbitur, convertent, nulla contradiccione et impedimento dictorum consanguineorum et amicorum Catherine memorate obstante. Presentibus famosis Ioanne Czerkisz protunc Magistro civium, Conrado Rippen, Ioanne de Sthyna, Alberto Bucholcz, Petro pellifice et Michaele Fabro, protunc dicte civitatis nostre Consulibus. Harum quibus sigillum nostrum scabinatus officy de certa nostra sciencia presentibus est appensum. Actum et datum feria quarta ipsa die iuridica sanctorum Felicis et Aucti Martirum anno domini millesimo quadringentesimo tredecimo [1]).

Pergaminowa kopia z początku wieku XVI. w archiwum miasta Lwowa nr. 113.

XXXII.

We Lwowie 3. Kwietnia 1415 r.

Władysław Jagiełło przenosi mieszkańców należących do kościoła św. Jana na przedmieściu lwowskiem na prawo ormiańskie.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc errorum et dubiorum prudenter occurrimus incom dis, dum gesta etatis nostre literarum apicibus et fidedignorum testimonio perhennamu., proinde Nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie

[1]) Cessya ta jest w niektórych miejscach zmieniona, niż była w zatraconym oryginale: itak, Lwów nazywał się wówczas *Lemburga*, nie *Leopolis*, też z umysłu opuszczony został stosunek właściciela folwarku Hołowska do miasta Lwowa.

J. Wagilewicz.

necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Lithuanieque princeps supremus, Pomoranie Russieque dominus et heres etc· Significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo ad instantes peticiones honorabilis Sigismundi, canonici et prebendary Sancti Iohannis extra muros civitatis nostre leopoliensis, devoti nostri dilecti, Armenos et ortulanos ac incolas ad ecclesiam predictam sancti Iohannis ab antiquo pertinentes, qui in ortis et locis ecclesie predicte Sancti Iohannis propinquo circumquaque demorantur, de iure Rutenico in Armenicum, quo aly Armeni in civitate nostra leopoliensi existentes perfruuntur, transferimus perpetuo duraturum; removentes ibidem omnia iura rutenicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Armenicum plerumque perturbare consueverunt. Eximimus insuper et perpetuo liberamus omnes et singulos Armenos, ortulanos et incolas predictorum locorum ab omni iurisdicione et potestate omnium et singulorum Regni nostri palatinorum, castellanorum, capitaneorum, iudicum et subiudicum et quorumvis officialium et ministerialium eorumdem, ut coram ipsis aut aliquo ipsorum pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, incendy, sanguinis, homicidy, membrorum mutillacionis et quibusvis enormibus excessibus citati, minime respondere teneantur nec aliquas penas solvere sint astricti. Sed tantum Armeni ortulani et incole de suburbio et loco ad prebendam Ecclesie sancti Iohannis predicte quomodolibet spectantes coram advocato suo ibidem pro tempore existenti, advocatus vero coram Sigismundo canonico et prebendario eiusdem ecclesie sancti Iohannis predicta vel coram suo successore aut coram nobis aut iudicio nostro generali, dum tamen per nostram literam, sigillo nostro sigillatam, fuerit evocatus et hac si in reddenda iusticia fuerit negligens et remissus, tunc non aliter quam suo iure Armenico predicto de se querulantibus respondere sit astrictus. In causis vero criminalibus et capitalibus superius expressis advocato predicti suburby ortorum et locorum pretactorum, pro tempore existenti, in metis et graniceys iudicandi, sentenciandi, corrigendi, plectendi et condempnandi plenam damus et omnimodam tenore presencium concedimus facultatem, prout hoc ipsum ius Armenicum, quod Armeni civitatis nostre leopoliensis, ut prefertur, (*habent* [1]), in omnibus suis punctis, articulis, condicionibus, sentencys et clausulis postulat et requirit, iuribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum maiestatis appensum est testimonio literarum. Actum in Leopoli feria quarta proxima post festum Pasche, anno domini millesi. o CCCC° quindecimo, presentibus in Christo patribus dominis Iohanne Sancte Leopoliensis ecclesie Archiepiscopo, Mathia Premisliensi Episcopo, strenuisque et nobilibus Mosticio de Stanschow Poznaniensi, Iwone

[1]) *habent* nie ma w oryginale.

de Obychow Szremensi Castellanis, Iohanne de Rzeschow, Spitkone de Tarnow et alys quam pluribus fidedignis. Datum per manus Reverendi in Christo patris domini Alberti Episcopi Cracouiensis, Regni Polonie Cancellary et Venerabilis Donyn sedis apostolice Prothonotary, decani Cracouiensis, prepositi sancti Floriani, Gneznensis, Cracouiensis et Cruszwiciensis ecclesiarum Canonici, sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem scilicet prefati domini Archiepiscopi Leopoliensis.

Podług kopii współczesnéj, kopiariusz arch. m. Lwowa oddz. III, A, 223, str. 64.

XXXIII.

W Sanoku 18. Kwietnia 1415 r.

Władysław Jagiełło pozwala Lwowianom założyć w mieście swem wagę.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Litwanieque princeps supremus et heres Russie significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo cupientes civitatis nostre leopoliensis condicionem facere meliorem ipsiusque utilitates, commoda et proventus feliciter adaugere, inspectis eciam et in animo revolutis fidelibus obsequys et meritis, quibus cives predicte civitatis leopoliensis multipliciter et grate nostre placere meruerint maiestati et in futurum aucto fidelitatis studio prestancius poterint complacere, horum intuitu volentes ipsos specialium nostrorum prerogativarum gracys uberius reddere consolates, ut nostris suffulti munificencys sub nostro felici regimine melius respirare valeant et Creatoris nostri clemenciam pro nobis iugiter exorare, eisdem civibus et eorum civitati predicte de regys (*sic*) liberalitatis nostre clemencia, hanc tenore presencium concedimus facultatem, quod pensatorium seu domum, in qua omnes res venales, que ad libram pertinere consueverunt, in loco, quem ad hoc elegerint apciorem, erigere, construere poterint et fundare, in qua omnes res mensurabiles iusto et equali pondere et mensura ponderabunt. Vobis igitur capitaneis, woywodis, procuratoribus, tenutarys et alys quibuslibet nostris prficialibus pro presenti et in futuro in terris nostris Russie existentibus, fidelibus dilectis, foecipimus et mandamus seriose, quatinus eosdem cives circa hanc, quam ipsis concessimus libertatem, inconcusse conservare debeatis, Regalis nostre gracie sub obtentu aliud

non facturi. Datum in Sanog feria quinta post dominicam Misericordie anno domini M° quadringentesimo quintodecimo, presentibus ad nostre voluntatis beneplacitum tuncmodo valituris.

Podług kopii współczesnej w kopiariuszu arch. m. Lwowa III, A, 223, str. 31; na boku tą samą ręką u dołu napisano: *Sub minori.*

XXXIV.

W Dobrostanach 18. Września 1415 r.

Władysław Jagiełło nadaje Lwowianom grunta.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus pariat imposterum detrimenta alta regum et principum consilia decreverunt ea literarum apicibus et testium annotacione perhennari, ne lapsu temporis evanescant [1]), proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyawie Litwanieque Princeps Supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo cupientes civitatem nostram Leopoliensem alias [2]) Lamburgensem uberioribus commodis et populi multitudine habundari murorumque structuris et edificys decorare ac condicionem ipsius facere meliorem, ut sub felici nostro regimine utilia se senciat [3]) recepisse incrementa et nobis inde facultates augeantur et proventus, ad instantes peticiones providorum [4]) consulum, incolarum et tocius [5]) communitatis eiusdem civitatis Leopoliensis, ipsis et civitati ipsorum omnes extremitates sive [6]) residuitates alias Obschari dictas [7]) omnium lanceorum pro civitate predicta [8]) ab antiquo dimensuratorum et deputatorum ultra dimensuracionem ipsorum in longum et latum usque ad terminos et metas omnium et singularum villarum tam nostrarum quam spiritualium ac eciam secularium eidem civitati circumferencialiter adiacen-

---

[1]) Ten sam dokument, tutaj podług oryginału oddrukowany, znajduje się także we współczesnéj kopii, w kopiariuszu arch. m. Lwowa III, A. 223, str. 23 i 24, odmianki są znaczne, podajemy je tutaj. Zamiast całego ustępu od *ne error* do *evanescant*, stoi w kopiariuszu: *Quia tunc multis errorum et debitorum prudenter occurrimus dispendys, dum gesta etatis nostre literarum apicibus et fidedignorum testimonia perhennamus.* [2]) W kopiariuszu: *sive.* [3]) W kop. *senciant.* [4]) W kop nie ma *providorum.* [5]) W kop. nie ma *tocius.* [6]) W kop. nie ma *extremitates sive* [7]) *alias Obschari dictas* nie ma w kop. [8]) W kop. nie ma *predicta.*

cium, protensas, excresceentes et restantes, et cum hoc omnes vastitates inter granicies predictarum villarum eciam circumquoque predicte civitati consistencium [9]), cum omnibus ipsarum pertinencys, utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, agris [10]), campis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, gays [11]), mericis, virgultis, borris, quercetis, paludibus, lacubus, torrentibus, rivis, aquis ipsarumque [12]) decursibus, piscinis, piscaturis [13]), molendinis et ipsorum emolimentis omnibusque et singulis usibus, quibuscunque nominibus vocitentur, qui nunc sunt et in futurum arte vel humano ingenio, in prescriptis extremitatibus sive residuitatibus laneorum predictorum necnon vastitatibus et presertim silva dicta Krzywilyasz [14]) reperiri vel fieri aut augmentari [15]) possunt, damus donamus, attribuimus, adiungimus, addimus, appropriamus tenoreque presencium conferimus perpetuo et in evum de nostre liberalitate munificencie et gracia speciali, per predictos consules, cives et communitatem dicte civitatis Leopoliensis [16]), ipsorum successores et posteros predictas residuitates laneorum, vastitates et silvam Krzywilyass predictam [17]) tenendas, habendas, utifruendas, collocandas et pacifice temporibus perpetuis possidendas [18]) et ad ipsorum usus beneplacitos convertendas, prout ipsis et eorum civitati predicte utilius et commodosius videbitur expedire. Illo tamen addito specialiter et expresso, quod cives predicti civitatem Leopoliensem predictam structuris murorum et edificys tenebuntur instaurare et commoda reipublicae continue adaugere [19]). Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Dobrestany quatuortemporum feria quarta proxima post festum Exaltacionis Sancte Crucis anno domini millesimo quadringentesimo quintodecimo, presentibus [20]) strenuis et nobilibus Mosticio de Stanschow Poznaniensi, Domarath de Kobiliani Biecensi Castellanis, Nicolao de Thluchow Subcamerario, Iohanne de Kretkow Pincerna, Nicolao de Radomino Venatore, Petro Bloch de Buczkow Iudice Dobrinensibus et alys quam pluribus fidedignis. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Alberti Episcopi Cracouiensis, Regni Polonie Cancellary et venerabilis Donyn sedis apostolice Prothonotary, Decani Cracouiensis, eiusdem Regni Polonie Viceecancellary, sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem predicti domini Donyn Prothonotary Decani Cracoviensis, Regni Polonie Viceecancellary.

---

[9]) Zamiast całego ustępu od *et metas* aż do *consistencium* stoi w kopiariuszu: *omnium granicierum circumferencialiter iacencium pratensas, excrescentes et restantes vulgariter Abschari sive Sbytky dictas.* [10]) *agris* nie ma w kop. [11]) *gays* nie ma w kop. [12]) Zamiast *ipsarumque* w kop. *ipsarum.* [13]) *piscaturis* nie ma w kop. [14]) Cały ustęp od *in prescriptis* aż do *Krzywilyasz* w kop. opuszczono. [15]) *aut augmentari* opuszczono w kop. [16]) Zamiast ustępu od *consules* do *Leopoliensis* napisano w kop. *cives Leopolienses.* [17]) Cały ustęp od *predictas residuitates* do *predictam* w kop. opuszczono. [18]) Ustęp od *et pacifice* do *possidendas* opuszezono w kop. [19]) Po *adaugere* dodano w kop.: *iuribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis.* [20]) Po *presentibus* dodano w kop. *ibidem.*

Oryginał pergaminowy nr. 81 w archiwum miasta Lwowa. Na sznurze jedwabnym kolorów czarnego, czerwonego i białego zawieszona pieczęć majestatyczna króla Władysława Jagiełły.

Dokument ten potwierdził król Zygmunt August Warssouiae in conventione Regni nostri generali feria quinta ante festum Sancti Thomae appostoli proxima anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto.

XXXV.

W Nowem Mieście Korczynie 26. Listopada 1415 r.

Władysław Jagiełło potwierdza miastu Staremu Sączowi przywilej na prawo niemieckie.

In nomine domini Amen. Ad rei memoriam sempiternam. Quamvis Regie dignitatis sublimitas ex assumpto officio quodam debito singulari teneatur suorum intendere commodis subditorum, illorum tamen magis fatetur se debitricem, quos mundi cernit deserere delicias et ad laudes salvatoris mentes digne contemplacionis studys elevare, proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyanie, Litwanieque princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, noticiam presencium habituris: quomodo providi fideles nostri dilecti, consules civitatis Antiquesandecz ad nostre celsitudinis venientes presenciam, nobis litteras dive memorie domini Kazimiri Regis Polonie, predecessoris nostri, in pargameno scriptas sigilloque ipsius Maiestatis dependenti consignatas et pro parte Religiosarum Sororum Sanctimonialium, Abbatisse et Conventus Monastery in Antiquasandecz devotarum nostrarum super quadam prerogativa iuris Teutunici et libertatem per ipsum dominum Kazimirum Regem ipsis facta et concessa exhibuerunt et de(*mon*)strarunt coram nobis, supplicantes culmini nostro regio humiliter et attente, ut easdem litteras approbare, ratificare et confirmare de innate nobis benignitatis clemencia dignaremur; quarum tenor de verbo ad verbum sequitur in hec verba:

Tu następuje dyplomat z r. 1358, oddrukowany powyżej pod nr. II, poczem idzie dalej:

Nos itaque Wladislaus Rex prefatus, supplicacionibus nobis per prefatos consules ex parte earundem Sororum Abbatisse et Sanctimonialium Conventus Monastery in Antiquasandecz oblatis annuentes, prefatas litteras domini Kazimiri Regis predecessoris nostri ratas habentes atque gratas, ipsas approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus, decernentes ipsas in omnibus ipsarum punctis, articulis, condicionibus, clau-

sulis, sentencys obtinere robur perpetue firmitatis. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum in Nouaciuitate Corczin feria tercia in crastino Beate Katerine virginis anno domini millesimo quadringentesimo quintodecimo, presentibus Nobilibus Strenuuisque viris Cristino de Ostrow Castellano et Capitaneo, Iohanne de Tarnow Palatino Cracouiensibus, Michaele de Bogumilowicze Castellano Sandomiriensi, Paschcone de Bogumilowicze Cracoviensi et Nicolao Cztan Sandomiriensi Iudicibus, militibus nostris fidelibus, fidedignis. Datum per manus Reverendi in Christo patris domini Alberti Episcopi Cracoviensis, Cancellary et Venerabilis domini Donyn Decani Cracoviensis, Vicecancellary Regni nostri Polonie nobis sincere dilectorum.

Relacio eiusdem domini Alberti Episcopi Cracoviensis, Regni Polonie Cancellary.

Oryginał na pergaminie w posiadaniu miasta Starego Sącza: dyplomat nieco uszkodzony i w kilku miejscach poplamiony; pieczęci brakuje, jakoteż i sznurów, na których wisiała, a po których tylko dziury w pergaminie pozostały.

XXXVI.

We Lwowie 18. Sierpnia 1417 r.

Jan, arcybiskup lwowski, poświadcza, że od trzech lat pobierał daniny należące właściwie do plebana lwowskiego, że zatem bronić będzie mieszczan lwowskich, gdyby ztąd dla nich wyniknąć miały jakie niedogodności.

Nos Iohannes, Dei gracia Archiepiscopus Sancte Leopoliensis Metropolitane Ecclesie, recognoscimus universis et singulis, quibus expedit, presencium noticiam habituris: quomodo annonas, missales et columbacionum (*sic*) ad plebanum Leopoliensem spectancia (*sic*) iam a trium annorum proxime elapsorum spacio levavimus et percepimus cum effectu pro qua quidem recepcione premissorum consules ac aly agricole seu agros tenentes, qui plebano predicto singulis annis memorata fuerant solvere obligati, timent ipsis pericula seu lites moveri plebanum per eundem, quarum litibus ac impedimentis huiusmodi, si que insurgent vel insurgere possunt, pia sollicitudine intendentes obviare, domino suffragante, promittimus bona fide omnes et singulos homines pretactos cuiuscunque condicionis exstiterint ab omnibus impedimentis dicti plebani seu litibus pacificos et quietos conservare

nostrisque proprys sumptibus et expensis, si oportunum fuerit, pro ipsis intercedere volumus irrecuse. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Datum in Lamburga proxima feria quarta post Assumptionis Marie Virginis gloriose sub anno domini millesimo quadringentesimo decimo septimo.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 83. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć wyciśnięta na czerwonym wosku a przedstawiająca herb Półkozic, a nad tem N. Maryę P. z dzieciątkiem; w otoku napis: *s. iohannis archiepi leopolien.*

XXXVII.

We Lwowie 25. sierpnia 1417 r.

Iwan z Obychowa, kasztelan szremski, starosta jeneralny ruski, Spytek z Tarnowa, Piotr Włodkowicz z Charbinowic, podstoli sandomirski i Jan Klus z Wyżnian, rozgraniczają z polecenia królewskiego posiadłości miasta Lwowa od wsi Zubrzy.

Nos Iwo alias Iwan, Castellanus Szremensis Capitaneus Russie generalis, Spitko de Tarnow, Petrus Wlodcouicz de Charbinouicze, subdapifer Sandomiriensis, Iohannes Clusz de Wisnany, limitatores grenicierum per Illustrissimum principem dominum ac dominum Wladislaum Dei gracia Regem Polonie, dominum nostrum graciossimum, specialiter deputati inter civitatem Leopoliensem et villas Regie Maiestatis ac nobilium circumquaque civitatem Leopoliensem iacencium, tenore presencium significamus, quibus expedit universis tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris: Quia grenicies inter civitatem Leopoliensem et villam Szubraza limitavimus, fecimus, servato ordine iuris, perpetuis temporibus duraturas, faciendo signa, que vulgariter nuncupantur *kopcze*, ratificando premissa iuxta mandatum nobis universaliter commissum, quod pro inclusis presentibus volumus habere insertum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Datum in Leopoli feria quarta proxima post festum sancti Bartholomey apostoli, anno domini M°CCCC° decimo septimo. Presentibus Dominis validis quibus supra, Waszkone Bogdanouicz de Woytycze, Iohanne Goluchowsky, aliisque quam plurimis fide dignis pro tunc presentibus etc. etc. etc.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 84. Na paskach pergaminowych zawieszone 4 pieczęci, na czarnym wosku wyciśnięte, z których pierwsza taka jak opisana pod nr. XXVII; druga przedstawia herb Leliwa z napisem: *s. spitkonis de tarnow*; trzecia herb Sulima z napisem: *S. PETRINI DE (C)HARBINOWICZ*; czwarta herb Szreniawa z napisem zatartym.

XXXVIII.

We Lwowie 27. Sierpnia 1417 r.

Iwan z Obychowa, kasztelan szremski, starosta jeneralny ruski, poświadcza rozgraniczenie Zubrzy od Sokolnik.

Nos Iwo alias Iwan de Obychowo Castellanus Szremensis, Capitaneus Russie generalis, universis et singulis tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, tenore presencium significamus, quibus expedit universis: quia propter bonum pacis tempore nostri regiminis Capitaneatus Russie, presertim amputantes discordias, que fuerunt inter villam Socolniky [1]) Regie Maiestatis et villam Zubrza nobilis domini Iohannis de Szubraza, (*sic*) racione limitacionis nondum facte, limitacionem fecimus inter ipsas villas Socolniky et Szubraza (*sic*) eviternis temporibus duraturam, faciendo signa, que vulgariter nuncupantur kopcze, que ibidem sunt facte roboribus eviternis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in Leopoli feria sexta proxima post festum beati Bartholomey apostoli anno domini millesimo CCCC° decimo septimo, presentibus dominis valido domino Spitkone de Tarnow, domino Petro Wlodcouicz, domino Iohanne Glusz, Iohanne Muszurowsky, Iohanne Goluchowsky, Waszkone Bogdanouicz aliisque quam plurimis fide dignis etc. etc.

Oryginał pergaminowy nr. 85 w arch. miasta Lwowa. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć woskowa taka sama, jak opisana przy dokumencie z r. 1411 nr. XXVII.

XXXIX.

We Lwowie 2. Stycznia 1418 r.

Iwan z Obychowa, kasztelan szremski, starosta jeneralny ruski, rozstrzyga spór o Winniki między Waśkiem Mosenczyczem i Janem Berneczym na korzyść ostatniego.

Nos Iwo alias Iwan Castellanus Szremensis, Capitaneus Russie generalis, tenore presencium significamus, quibus expedit universis: quia cum iudicio unacum dominis infrascriptis, iura reddendo cuilibet poscenti, presidebamus, tunc nostra in presencia et

[1]) Sokolniki, wieś w powiecie lwowskim.

dominorum infra dictorum presencia nobilis Waszko Moseneczicz [1]) egit contra nobilem Iohannem Berneczy de Winiky pro quibusdam curys et areys ibidem in Winiky [2]); qui Iohannes racione dictarum curiarum literam in iudicium produxit olim strenui domini Iohannis de Tarnow, protunc Capitanei Russie, quam pro insertis hic volumus habere. Tandem nos cum ipsis dominis, visa ipsa litera, solum Deum pre oculis habentes, cui nota sunt omnia, nostra sentencia diffinitiva mediante prefatas curias ibidem in Winiky prefato Iohanni adiudicamus, pronuncciamus, sentenciamus fuisse et esse perpetuis temporibus duraturum dictoque Waskoni Moseneczicz racione dictarum curiarum perpetuum silencium inponimus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in Leopoli dominico die proximo post circumcisionem domini anno domini M°CCCC° decimo octavo, presentibus strenuis ac nobilibus dominis Petro Wlodcouicz de Charbinouicze, Iohanne Clusz, Heleb (*sic*) Czadeonicz, Iwano Czarnusz, Olescone iudice Leopoliensi, Dimitrone Weczarsza, Gunatho de Tuliglowi, Gregorio Armeno, Iwano de Corneleuicze etc.

Oryginał pergaminowy nr. 86 w arch. miasta Lwowa. Na pasku pergaminowym pieczęć taka sama, jak opisana przy dokumencie z r. 1411 nr. XXVII.

XL.

W Konstancyi 4. Kwietnia 1418 r.

Papież Marcin V poleca biskupowi przemyskiemu potwierdzić mocą apostolską fundacyę szpitala S. Elżbiety we Lwowie.

Martinus episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri episcopo Premisliensi salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancte Romane ecclesie, quam Dei filius Ihesus Christus auctor ipse pietatis instituit, regimini presidentes pia et salubria vota fidelium, ex quibus divini cultus augmentum salusque animarum provenire speratur, py patris affectione prosequimur et plenis favoribus confovemus et ut optatum sorciantur effectum eis opem et operam, quantum cum Deo possumus, libenter impertimur. Sane pro parte dilectorum filiorum consulum et civium Leopoliensium nobis nuper exhibita petitio conti-

[1]) Ten Waszko Moseneczicz zdaje się być tym samym, którego nazwano Waśkiem Moszenką, w dokumencie króla Władysława Jagiełły z 29. Października 1407 r. (nr. LXXXI, tomu III).

[2]) Winniki w powiecie lwowskim.

nebat, quod olim ipsi hospitale pauperum sancte Elizabeth Leopoliensis pro peregrinis, pauperibus infirmis et miserabilibus personis, ad id pro tempore confluentibus, fundarunt et dotarunt ac ad id laicum in rectorem, provisorem nuncupatum deputarunt, qui huiusmodi confluentes pie tractare et necessaria eis iuxta ipsius hospitalis facultates ministrare, ac de per eum gestis, factis et administratis racionem consulibus et civibus predictis duntaxat reddere teneretur; ac in dicto hospitali altaria erigi et consecrari ac cimiterium ei circumiacens benedici nec non campanile et campanas ad hospitale, atque unum magistrum nuncupatum et quosdam alios in perpetuos capellanos ad altaria institui predicta, et quod idem magister capellanus dictis infirmis ecclesiastica sacramenta ministrare, ac ipse et capellani aly huiusmodi de ministrationibus sacramentorum et divinorum officiorum duntaxat se intromittere, ac bona et redditus capellanorum a bonis et redditibus rectoris predictorum separata et distincta esse deberent, procurarunt canonice; et hec a fundatione predicta a tempore, cuius contrary memoria non existit, laudabiliter et inviolabiliter observata existunt. Quare pro parte ipsorum consulum et civium nobis fuit humiliter supplicatum, ut premissis robur apostolice confirmationis adycere, ac omnem defectum, si quis forsan intervenissent (*sic*) in eisdem, supplere ac eis predictam rationem a dicto rectore recipiendi ac ipsum rectorem ad nutum eorum amovendi et alium ponendi quociens expedierit facultatem concedere, ac alias eis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui de premissis certam noticiam non habentes (*sic*), huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, huiusmodi fundationem, dotationem, deputationem, erectionem, ac alia circa hec facta, auctoritate nostra confirmes, supplendo omnes defectus, si qui intervenerint in eisdem, et nichilominus prefatis consulibus et civibus recipiendi prefatam rationem a dicto rectore et ipsum rectorem pro nutu predicto amovendi et alium ponendi quociens expedierit facultatem huiusmodi eadem auctoritate concedas. Datum Constancie II nonas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa Nr. 87. Poniżéj textu na zagiętce pergaminu napisano tą samą ręką *Ia. de Bononia;* na sznurku konopnym zawieszona ołowiana bulla z napisem po jednej stronie: *MARTINUS PP V.*, na odwrotnej z odciskiem dwóch twarzy z napisem: *S. PA. S. PE.* — Na odwrotnéj stronie pergaminu napis: *Hospitalis Elizabethe nunc vero Sancti Spiritus.* Drugi: *Anno domini 1626 die vero Veneris 10 mensis Iuly oblatum et actis consistory Premisliensis connotatum.*

XLI.

We Lwowie 25. Stycznia 1419 r.

Ławnicy lwowscy poświadczają, iż Mikołaj Zomersteyn, jako opiekun Pawła Zomersteyna, oddał dom we Lwowie w posiadanie Mikołaja Schultesa.

Wir Scheppin der Stat Lemburg hy benant Gunter Cromer, Nicolaus Scheler, Franczko Kurner, Merten Zinreich, Niclos gutler, Tylman, Cloze schultis, Hannos becke, Niclos Fredrich, Thun czu wissin allin vnd iczlichin den is notdorfft ist: Wi daz vor vnsirs gehegeten Dinges keigenwurtikeit, das do Conrados rippen vnser voyt vorwezete komen ist der Erbare Nicolaus Zumerstein, vnd hat in vormundeschafft namen Petri Zumersteyns zeyn haus, daz do gelegen ist czwischin jurge czepnerynne haus an eyme teile und Morgensterns haus an dem andern teile, dem Erbaren Nicolaa Schultis, vnsirm mitburger, uffgegebin und ym das genczlicz abgetreten Czu haldin, czu besiczen vnd yn seynen besten nocz czu wenden, zo is den egenanten Nicolaum Schultis vnd zeyne Erben allerbequemste behagen wirt, als lang vnd breit, als von alders ist gehalden, mit allem rechte noch der stat willkor vnd des rechten ausweisunge. Gegeben vnd gescheen an der mitwoche des heiligen zinte Pauli Conuersionis, mit vnsirs Scheppenamtis Ingesigel czu eynem vorhaftigen geczeugnysse der obenschreybin sachin an desen briff gehangen, noch Cristi gebort virczenhundert Jor vnd in dem newczendem Jore etc.

Oryginał na pergaminie w arch. miasta Lwowa nr. 89. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć ławników mocno uszkodzona, taka sama jak przy nr. XLVI.

XLII.

We Lwowie 2. Maja 1419 r.

Spytek, dziedzic Tarnowa, pan na Jarosławiu, przekazuje dziesięć kóp groszy rocznie na utrzymanie ołtarza w kościele metropolitalnym lwowskim, odebrawszy poprzednio od radnych miasta Lwowa 140 kóp groszy pragskich, zapisanych na rzecz tegoż kościoła przez zmarłego Leonarda, mieszczanina lwowskiego.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum quanto nobilior quantoque prestancior anima sit corpore, tanto acuracius, tantoque amplius ea, que ad animarum

vergunt salutem, et domus Dei decorem, debent scriptis autenticis et fidedignorum testimonio ad memoriam deduci posterorum, proinde Nos Spythko, heres de Tharnow dominusque in Iaroslaw, notum facimus tenore presencium, quibus expedit, universis, praesentibus et futuris noticiam presencium habituris, quomodo ad nostri venientes presenciam consules civitatis Leopoliensis, exequutores testamenti per providum Leonardum pie recordacionis olim concivem ipsorum Leopoliensem conditi, recognoverunt se ab ipso in agone mortis recumbente super fundatione et erectione altaris in ecclesia metropolitana sancte Marie Leopoliensi, centum quadraginta sexagenas grossorum Pragensium recepisse, pro quibus submiserunt se altari predicto, in honorem Beatorum Nicolai, Stanislai, Christophori et Georgy Confessorum et Martirum fundato et erecto, censum congruum comparare reservatis itaque per spacium temporis huiusmodi pecuniis salarium seu censum altari prenotato minime poterant ordinare, propter quod nobis supplicaverunt, ut pecunys pretactis ab ipsis receptis salarium altariste altaris prefati pro tempore existenti ordinaremus perpetuum, collacionem et inspatronatus nobis in manus perpetuo resignantes; nos quoque ipsorum peticionibus annuentes, et extremi temporis diem nunc volentes operibus misericordie prevenire, de consensu et voluntate Magnifici domini Ioannis de Tharnow, Palatini Cracoviensis, germani fratris nostri charissimi, prefatum altare cum collacione eiusdem et peccunys sepedictis ab eisdem recipientes de nostrisque partem adycientes pro refrigerio animarum Leonardi predicti nostrorumque predecessorum charissimorum, nostra successorumque nostrorum salute, decem sexagenas peccunie communis in regno currentis, videlicet super quodlibet quatuor tempus duas sexagenas cum media, in theloneis nostris Iaroslawiensibus tollendas et levandas annis singulis perpetuis temporibus annectimus, assignamus et donamus. Si vero contigerit de consensu domini archiepiscopi et altariste pro tempore existentis tam bonum proventum, prout prescriptus census se extendit, absque altaris preiudicio in alio loco bonorum nostrorum per nos vel legittimos successores nostros assignari, in eo altarista debebit contentari. Decernimus nichilominus, ut racione omnium premissorum altaris sepius fati altarista et gubernator pro salutari refocillamine animarum predictarum duas missas in septimana, videlicet feria secunda pro defunctis et quarta pro peccatis et si festivitas occurrerit, tunc alys diebus predicta legere et explere vigiliasque semel in ebdomada dicere, festivitatibus quoque solemnibus processioni circa ecclesiam prenotatam et divinis officys pro posse suo temporibus perpetuis interesse. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Leopoli ipso die Sancti Sigismundi anno domini millesimo quadringentesimo decimo nono, presentibus ibidem honorabilibus et discretis dominis nobilibusque Sigismundo Scholastico et Iacobo Presbitero Leopoliensibus, Ioanne de Mzurow et Cunatho de Tulyglowy, alysque quampluribus fidelibus fide dignis.

Dokument ten znachodzi się w archiwum miasta Lwowa fasc. 11 w współczesnej kopii transsumptu arcybiskupa lwowskiego Bernarda Wilczka z 20. Kwietnia r. 1519.

XLIII.

We Lwowie 9. Sierpnia 1419 r.

Ławnicy lwowscy poświadczają, iż Mikolaj Schulderbeyn zeznał jeden dług 50 kóp dzieciom Jerzego Czepnera, a drugi 50 kóp Mikołajowi Schultesowi, i takowe na swych własnościach ubezpieczył.

Wir Scheppen der Stadt Lemburg Thun czu wissen allen vnd iezlichen den is notdorft ist: daz vor vns in geheget ding, das Iohannes Tholmacz vnser foit vorwesete, steende der vorsichtige Niclas schulderbeyn hat offenberlich bekant, daz her schuldig wer rechter vnd redlicher schulde den kindern Ieorgy czepners: Nickeln, Barbare, Iurgen vnd aber Iurgen fvmfczig schog lemberger; vnd vor Dyselben fvmfczig schog steet denselben kindern des egenanten schulderbeynes Erbe vnd czwu fleyschbenke czvm eyn der folget pfant, das do derfordert ist mit allem rechten; Item vor vns der egenante schulderbeyn hat bekant, daz her schuldig wer fvmfczig schog gemeyner mvncze vnd auch gemeyner czal dem Erbaren Nicolao Schultis vnsirm mitburger, do vor sten auch seyne fleyschbenke alz eyn der folget pfant mit allem rechten; czu eynem geczeugnisse habe wir vnsers Scheppenamptis yngesegel an desen brief lassen hengen. Gegeben an der mitwoch in vigilia sancti laurency anno domini millesimo quadringentesimo decimo nono.

Oryginał na pergaminie w arch. m. Lwowa N. 91. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć ławników znacznie uszkodzona, której opis pod N. XLVI.

XLIV.

We Lwowie 6. Września 1419 r.

Ławnicy lwowscy poświadczają, iż Michal Smed, jako opiekun Czepnerówny, oddał Andrzejowi Clopperowi 6¼ łanów w posiadanie.

Wir Scheppen der Stat Lamburg Thun czu wissin allin uud iezlichin den is fugen mag vnd geboren offembar czewgende, daz vor vnsers gehegeten dinges keigenwurtikeit, daz Iohannes Tholmacz vnsir foit zas, Steende der vorsichtige Michel Smed, vnsir stat burger vnd eldester des alden Rathis, hat in vormundeschaft nicze czepnerynne, vnsir

mitburgerynn, uffgegebin, vorreichet vnd gerichticlich vorlanget dem Erbaren Andris cloppern, vnsirm burger, zeben huben erbis mynner eyns firtels, gelegen czu neste fredrich kursners etwenne, vnsirs mitburgers, hubin dy vormols seyn würden, dy auch stossen vnd wenden an dy hube, dy der vrawen Anne Crawsphanuschkynn ist gewest, mit allem rechten, wezen, wezewachs, teichen, gesprinken vnd mit allin fruchten, genissen, alz lang, weit, breit, alz dy selben hubin in yrem greniczen, enden vnd reyen, alz se von alders seynt gelegen, durch den selbin Andream Clopper czu haben, czu halden, czu besiczen vnd in seynen besten nocz czu wenden, zo is ym vnd seyne nochkomelinge allirbequemste wirt behagen, noch der stat zitten und rechte. Gegeben an der mitwoche neste vor unser libin vrawen tage natiuitatis, Noch Cristi gebort thausent firhundert und in dem Newnczenden Jare.

Oryginał na pergaminie w arch. m. Lwowa N. 92. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć ławników nieco uszkodzona, taka sama jak przy N. XLVI.

XLV.

W Wiślicy 15. Września 1419 r.

Władysław Jagiełło nadaje mieszczanom Tarnowa wolność od wszelkich ceł w Koronie i przepisuje im pewną drogę, którą się do Wrocławia z towarami udawać mają.

In nomine domini Amen. Ut humanarum (*sic*) actuum condicio pro futuris illesa permaneat, racio prudentum prospicaci ingenio decrevit eam scriptis et literarum apicibus perhennare, idcirco Nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracouie Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie Lithwanieque princeps supremus, Pomoranie Russieque dominus et heres ad universorum et singulorum presencium et futurorum noticiam volumus devenire: quomodo oblata nobis pro parte Strenui et Magnifici viri Iohannis de Tarnow, Palatini Craconiensis, peticio continebat, quatinus opidum eius Tharnow gracia nostra speciali provideremus et incolas eius, qui cum mercancys suis per regnum nostrum ac confinia regni ire sepissime solebant, et sic a quibusdam thelonatoribus (*sic*) nostris non modica damna ac inquietaciones pati sepissime asseverunt, ideo nos, attentis assiduis servicys ac supplicacionibus dicti Strenui ac Magnifici viri Iohannis de Tharnow, Palatini Craconiensis, volentes peticioni ipsius annuere, eumque gracia nostra regali amplecti, et precipue opidum eius Tharnow et eius incolas presentes et futuros, qui cum mercancys

suis ac rebus institorys sepissime aswescunt per regnum nostrum atque confinia regni transire, ab omnibus et singulis solucionibus theloneorum nostrorum tam spiritualium quam secularium per nos et nostros successores liberos habere volumus, ut eo securius absque ulla vexacione omnium theloneorum ire possint; viam eundi et redeundi Wratislauiam eis ostendere ac assignare volumus, ut non aliunde nisi per opida nostra scilicet Oppatowyecz, Dalosycze et Lelow et Krzepicze usque ad ipsam Wratislauiam ire debebunt. Et ab omnibus solucionibus theloneorum nostrorum tam spiritualium quam secularium, et a quibuslibet contribucionibus ac dacionibus universis. quibuscunque nominibus vocitentur, per nos nostrosque consiliarios institutis seu laudatis vel laudandis liberos esse volumus. Nos igitur prefati Strenui et Magnifici Iohannis de Tharnow, Palatini Cracouiensis, peticionibus graciosis annuentes, literam dicte donacionis nostre in omnibus eius punctis per Magestatem nostram eisdem datam et concessam, articulis, senteneys, clausulis ratam et gratam atque firmam habentes, ratificamus, gratificamus, approbamus et virtute presencium confirmamus, volentes et decernentes dictam literam in ipsius senteneys vim et robur perpetue obtinere firmitatis. Datum Vislicie feria tercia in octava Nativitatis Sancte Marie virginis anno domini millesimo quadringentesimo decimo nono. Presentibus ibidem Reverendissimis in Cristo patribus et dominis Nicolao Archiepiscopo Gneznensi, Alberto Craconiensi, Andrea Posnaniensi, Iacobo Plocensi Episcopis, Magnificisque viris Iohanne de Tharnow, Palatino Cracouiensi, Nicolao de Michalow Sandomiriensi Palatino, Sbigneo Marschalko Regni Polonie, Petro Marschalko Curie nostre et alys quampluribus testibus ad premissa fidedignis. Datum per manus Reverendissimi in Cristo patris domini Alberti Episcopi Cracoviensis prefati ac Venerabilis Iohannis Decani Ecclesie Cathedralis Craconiensis, Vicecancellary Curie nostre, nobis sincere dilectorum.

Relacio Reverendissimi in Cristo patris domini Alberti Episcopi Craconiensis predicti, Regni Polonie Cancellary.

Oryginał na pergaminie w posiadaniu miasta Tarnowa: z zawieszonéj na jedwabnym sznurze koloru czerwonego pieczęci pozostały tylko szczątki.

XLVI.

We Lwowie 27. Września 1419 r.

Ławnicy lwowscy poświadczają, iż Piotr Güssel, jako opiekun córki swej Anny wdowy po Januszu Czerlerze, oddał w posiadanie Andrzeja Cloppera jeden łan dziedzictwa.

Wir Scheppen der stat Lamburg Gvnter Cromer, Frauczko Kursner, Niclos Scheler, Merten Zinreich, Hannos Becke, Cloze Schultis, Tilman, Niclas Fredrich, Niklos Schultis, Erasmus Augustinus Gemelich, Allin und itzlichen den is notdorft wirt seyn, bekenne wir offembar czewgende: daz vor vns In geheget ding, In vnsirs foitis keigenwurtikeit, Stende der Erbare Peter Güssel, vnd hat In vormundeschaft namen Anne Seyner tachter vnd Ianuschken Czerlers, etwenne vnsirs mitburgers, witwe uffgegebin, vorlangit vnd gerichticlich vorreichet dem vorsichtigen andree cloppern, burgern czu vns in der stat, eyne hube erbis gelegen bey desselbin andris hubin, dy do Nicze czepnerynne sint gewest, mit allin iren fruchten wezen vnd wezewachs, mit allim rechten, als lang, breit vnd weit, alz dy benompte hube in yren enden, reyen vnd greniczen von alders ist gelegen, durch den egenanten Andream clopper dy vorgeschrebene hube czu haben, czu halden, czu besiczen und in seynen besten nocz czu wenden, zo is ym vnd seyne nochkomelinge allirbequemste wirt behagen, noch der stat rechtis awsweisunge. Gegebin an der mitwoch neste noch zinte Methei des heligen Czwelfboten vnd Ewangelisten noch Cristi gebort thausent firhundirt und in dem Newnczenden Iare.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 93. Na pasku pergaminowym wyciśnięta na ciemno-zielonym wosku pieczęć ławników lwowskich, przedstawiająca wieżę nad lwem wspinającym się z napisem w otoku: †*SIGILLVM* SCABINORVM* LEMBVRGENSIVM*.

XLVII.

We Lwowie 3o. Września 1419 r.

Władysław Jagiełło przenosi wsie Malechow, Żydatycze i Klekotów na prawo niemieckie.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature commoda nihil dignius memoria habeatur, opportunum existit, ut actus hominum litterarum apicibus et testium annotatione perhennentur, ne lapsu temporis evanescant, proinde Nos Wladislaus Dei gratia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lan-

cicie, Cuyavie Lithvanieque princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo ad instantes petitiones Nobilis Andree de Malechow, fidelis nostri dilecti, villas ipsius subscriptas videlicet Malechow, Zudatiez et Klekothow, in terra Russie et districtu Leopoliensi sitas, de iure polonico in ius theutonicum, quod Srzedense dicitur, transferimus perpetuo duraturum, removendo ibidem omnia iura polonicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius theutonicum plerumque perturbare consueverunt. Eximimus insuper, absolvimus et perpetue liberamus cmethones et quosvis incolas villarum predictarum Catholicos videlicet et ritus Sancte Romane Ecclesie ab omni iurisdictione et proprietate omnium Regni nostri Castellanorum, Palatinorum, Iudicum, Subiudicum ceterorumque Officialium et Ministerialium eorum, ut coram ipsis et ipsorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta furti sanguinis, incendii, homicidii et membrorum mutilationis seu quibusvis aliis enormibus excessibus citati, minime respondebunt nec aliquas penas solvere tenebuntur, sed tantum cmethones et incole villarum predictarum coram suis scultetis, sculteti vero coram predicto Andrea eorum herede et ipsius successoribus legitimis vel coram quocunque domino villarum predictarum, seu coram nobis vel nostro iudicio, si idem Andreas eiusque heredes et successores legitimi vel quicunque domini villarum predictarum in reddenda ipsis iusticia fierent negligentes et remissi; dum tamen per nos aut per nostram literam, sigillo nostro sigillatam, citati fuerint, tunc non aliter quam suo iure theutonico Srzedense respondere sint astricti. In causis autem criminalibus et capitalibus superius expressatis scultetis predictarum villarum iudicandi, diffiniendi, corrigendi, puniendi et plectendi damus plenam et omnimodam potestatem, prout hoc ius theutonicum in omnibus suis punctis, sententiis, articulis, conditionibus et clausulis postulat et requirit, iuribus tamen nostris regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum et datum in Leopoli die Sabbati ipso die sancti Ieronimi anno domini millesimo quadringentesimo decimo nono. Presentibus ibidem Reverendis in Christo patribus dominis Strenuisque et Nobilibus Iohanne Dei gratia Sancte Leopoliensis Ecclesie Archiepiscopo, Iohanne dei gratia Episcopo Chelmensi, Iohanne de Szczecoczyn Lublinensi, Floriano de Korithnicza Wisliciensi, Iwone de Obichow Capitaneo Russie, Srzemensi, Domaratho de Kobylany Byeczensi Castellanis, aliisque multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Venerabilis Iohannis Schaffranecz decani Cracoviensis, Regni Polonie Vicecancellarii. Ad Relationem eiusdem Venerabilis Iohannis Decani Cracoviensis, Regni Polonie Vicecancellarii. Lectum per Albertum de Zichlin R. P. Vicecancellarium [1]).

Podług kopii z końca wieku XVIII w kopiariuszu arch. m. Lwowa III, A, 221 fol. 459 i 460.

---

[1]) Ostatni ten ustęp niewłaściwie wciągnięto do kopii, jest to bowiem dopisek o kilkadziesiąt lat późniejszy, i znajdował się niewątpliwie poniżej dokumentu, na zagięciu pergaminu.

XLVIII.

We Lwowie 13. Grudnia 1419 r.

Ławnicy lwowscy poświadczają, iż Jan Tolmacz, wójt i burmistrz lwowski, oddał w posiadanie Andrzejowi Clopperowi pół łanu dziedzictwa, które przedtem należało do Anny wdowy po Mikołaju Ritterze.

Wir Scheppen der Stat lamburg: Gunter Cromer, Franczko Kursner, Niclos Scheler, Merten Zinreich, Hannos Becke, Cloze Schultis, Tilman, Niclos Fredrich, Niclos Schultis, Erasmus Augustinus Gemelich, Allin vnd iczlichen, den is sich fugen mag vnd geboten, Bekenne wir offenbar czewgende: daz vor vns In geheget ding, daz Iurge Gobil an foites stat zas, Steende der Erbare Iohannes Tholmacz, vnsir foit vnd burgermeister, hat uffgegebin, vorlanget vnd gerichticlich vorreichet dem vorsichtigen Andree Cloppern, burgern czu vns In der Stat, eyne halbe hube erbis, dy do gewest ist der togentsamen vrawen Anne, Niclas ritters etwenne vnsirs mitburgers witwe, gelegen keigen des egenanten Andree Forwerk vbir, mit allin yren fruchten, wezen und wezewachs, mit alle dem rechten als lang, breit vnd weit, als dy benvmpte halbe hube in yrem enden vnd greniczen von alders izt gelegen, durch den selbin Andream Cloppern dy vorbenvmpte halbe hube czu habin, czu halden, czu genissen noczcze, czu gebrawchin vnd in seynen besten nocz czu wenden, zo is ym und seynen nochkomelingen allirbequemste wirt behagen, noch der stat recht awsweisunge; des czu eynem geczewgnisse haben wir vnsir Ingesigel an desen briff heissen hengen. Gegebin an zinte lucie tage Noch Cristi gebort Tausent virhundert vnd in dem Newnczenden Iare etc.

Oryginał na pergaminie w arch. miasta Lwowa nr. 95. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć ławników, uszkodzona; opis jej p. N. XLVI.

XLIX.

W Proszowicach 14. Marca 1420 r.

Władysław Jagiełło kwituje Lwowian z odebranych od nich 235 grzywien szerokich i 39 grzywien średnich groszy, a należących się od nich ś. p. Maciejowi, biskupowi przemyskiemu, świeżo zmarłemu.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quod a civibus civitatis nostre Leopoliensis ducentas et triginta ac quinque

marcas latorum grossorum et quadraginta minus una mediorum grossorum marcas, in quibus reverendo patri domino Mathie, olim Episcopo Premisliensi, nuper sublato de medio, obligabantur, ex integro recepimus. De quibus ipsos liberos facimus et solutos, nichil debiti eiusdem in prefatis civibus relinquentes. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum in Proschouicze feria quinta proxima post dominicam Oculi anno domini etc. vigesimo.

Ad relacionem venerabilis domini Iohannis, Decani Cracouiensis, Regni Polonie Vicecancellary.

Oryginał na wązkim pasku pergaminowym nr. 96 w arch. miasta Lwowa. Pieczęć oderwana.

L.

W Miechowie 17. Marca 1420 r.

Władysław Jagiełło poddaje domy szlachty we Lwowie wszystkim ciężarom miejskim.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie, Lythwanie Princeps Supremus et Heres Russie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris: Quomodo consideratis menteque sollicita revolutis et non immerito compensatis dampnis, amfractibus et incomodis, civitati nostre Leopoliensi ad eo incumbentibus, quia nonnulli nobiles et terrigene, domos et earum areas in ipsa civitate Leopoliensi possidentes, a custodys, vectigalibus, podwodis, dacionibus, exaccionibus, contribucionibus et quibuslibet contingentibus solucionibus et iuvaminibus civilibus, solitis et consuetis exonerati volunt esse, liberi et exempti, non in modicum ipsius nostre civitatis dispendium et iacturam, cum indubie inde plurimum diminuitur, vilescit et deperit, nec respirare potest et felicia recipere incrementa; unde huiusmodi dispendiorum incomodis et iacturis digne censuimus obviandum medys salubribus oportunis, decernentes, ammodo omnes et singulas domos easdem ac areas, dumtaxat non privilegiatas neque libertatas, ad quaslibet talis modi daciones, exacciones et contribuciones solvendas ac solita subsidia civilia comprestanda fore obligatas et astrictas; consulibus in ibidem pro tempore existentibus ipsa iuvamina, exacciones et tributa plenam dantes et omnimodam concedentes facultatem exigendi et levandi irremissibiliter nostre gracie sub optentu. Harum quibus sigillum

nostrum appensum est testimonio literarum. Datum in Mechouia ipsa dominica Letare Anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo.

Ad relationem Iohannis Decani Cracouiensis,
Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 97. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć królewska mniejsza, jak w statucie Działyńskiego Tab. IV. N. 3.

LI.

We Lwowie 28. Czerwca 1420 r.

Ostap z Dawidowa oddaje Janowi z Zubrzy należące do Dawidowa sianożęci, których granice oznacza.

Nos Ostapho heres de Dawidowo notificamus uuiversis et singulis, presentem literam inspecturis: quia ex bona voluntate et animi nostri deliberacione resignavimus prata nostra alias szanoszączy, que prata seu szanoszączy ad nostram villam Dawidowo ab antiquo spectabant, domino Ihoanni (*sic*), heredi de Szubra (*sic*), decrescencia a granicys ville Krothoszino per viam magnam alias goszczinecz ville predicte Krothoszyno [1]) usque post viam magnam et publicam Haliciensem et usque ad silvam, et pro signo granicierum assignamus quandam arborem quercinam stantem in parwa ripa silve predicte et aliam arborem dictam traszna. Et in eadem resignacione limitavimus et fecimus signa dicta vulgariter Czoszni [2]) et de terra sypavimus Copky. Et predictam resignacionem et limitacionem neque nos neque pueri nostri et nullus amicorum nostrorum perpetuis temporibus audebit impedire. In cuius rei testimonium huic litere sigillum nostrum est apphensum (*sic*). Presentibus nobilibus viris domino Ihoanne (*sic*) herede de Winniky, domino Labąta herede de Sukowo [3]), domino Ioskone de Gluchowicze, domino Mikitha de Olszensky, Rincone de Szorawniky et alys fide dignis. Datum in Leopoli feria sexta in vigilia beatorum Apostolorum Petri et Pauli sub anno nativitatis domini MCCCC° vicessimo (*sic*).

Pergaminowy oryginał nr. 98 w arch. miasta Lwowa. Pieczęć oderwana, pozostał tylko pasek pergaminowy.

---

[1]) Zubrza, Dawidów, Krotoszyn, wsie w powiecie lwowskim.

[2]) *Signa dicta vulgariter czoszni*. Lelewela Polska wieków średnich. Tom III, 154, w dyplomacie z r. 1250: *iuxta ostensionem et apparentiam signi vulgariter ciosna* t. j. nacięcie, narznięcie, jako znak rozgraniczenia na drzewie.
A. Pietruszewicz.

[3]) Ten sam świadek zwał się w dokumencie króla Władysława Jagiełły z 8. Listopada 1420 r. *Iohannes Labanthca de Zukow* (tom III, nr. LXXXIX). Ten Żuków leży w powiecie brzeżańskim.

LII.

We Lwowie 22. Lutego 1421 r.

Jan, arcybiskup lwowski, nadaje odpust czterdziestodniowy krzyżowi na moście na przedmieściu lwowskiem, na drodze prowadzącej ze Lwowa do Halicza, który to most wystawił własnym kosztem mieszczanin Mikołaj Schuler.

Iohannes Dei gracia Archiepiscopus sancte Leopoliensis Metropolitane Ecclesie universis et singulis sexus utriusque (*Christ*)i fidelibus nostre dyocesis salutem in omnium Salvatore. Cum itaque a peccatis mundari non possumus nisi per virtutem passionis domini nostri Ihesu Christi, qui in nos per sacramenta derivatur, ut ergo eadem passio domini nostri Ihesu Christi pro ablucione (*sic*), scelerum in iugi memoria Christifidelium habeatur, et ymago Crucifixi in medio pontis magni in suburbio civitatis Leopoliensis et in via, qua itur de Leopoli in Halicz, per providum Nicolaum Schuler ipsius proprys sumptibus et impensis constructi, ad latus dextrum transeundo de Leopoli in Halicz locata, in memoriam passionis domini nostri Ihesu Christi a Christifidelibus veneretur et devocius frequentetur, omnibus et singulis Christifidelibus contritis, confessis ac vere penitentibus prefatam ymaginem crucifixi devote visitantibus, et quinque pater noster ob reverenciam quinque vulnerum Ihesu Christi et septem Ave Maria ob septem gaudiorum beatissime Virginis Marie reverenciam decantantibus cum unica dominica oracione et unica angelica salutacione propter remedium salutis fidelium animarum, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate specialiter confisi, quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis ipsis penitencys misericorditer in domino relaxamus. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum nostrum sigillum presentibus est subappensum. Datum in Leopoli Sabbatho in Cathedra Beati Petri Apostoli Gloriosi anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo.

Pergaminowy oryginał w arch. miasta Lwowa nr. 99. Na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta pieczęć arcybiskupa Jana Rzeszowskiego, już po kilkakroć opisana.

LIII.

We Lwowie 16. Kwietnia 1421 r.

Rajcy lwowscy podnoszą dotacyą ołtarza w kościele Panny Maryi, dawniéj przez poprzedników swych ufundowanego, do wysokości 10 grzywien.

Nos Consules civitatis Lemburgensis Significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, tam presentibus, quam futuris: quomodo dudum predecessores nostri Consules ad laudem et ad honorem sancte et individue Trinitatis et gloriose Marie virginis et sanctorum eius altare ad honorem decem milium martirum, Agnetis, Katherine, Dorothee, sanctarum virginum, ad sanctam Mariam, que tunc fuit ecclesia parochialis nunc vero kathedralis, erexerunt et fundarunt, et tunc temporis ipsum cum quatuor sexagenis dotaverunt [1]), pro annuo censu singulis annis altariste altaris assignantes; qui intendebant census uberiores altari et altariste decem marcarum Ruthenicalium augmentare, quos census in domibus et areis altariste dicti altaris tollendos annotarunt, ut in privilegio clarius continetur. Nos igitur cum tocius communitatis voluntate pariter et consensu volentes dictorum antecessorum nostrorum intencionem adimplere, census ad extensionem decem sexagenarum altariste dicti altaris augmentavimus et tenore presencium augmentamus per eum, quem pro tunc esse contigerit, in locis et domibus sive areis infrascriptis perpetuis temporibus sublevandos, videlicet in area sive domo situata in plathea pistorum, in acie, ex opposito coquine claustri fratrum minorum duas sexagenas; in areis sive domibus ex opposito ecclesie Ruthenicalis intra muros civitatis septem fertones Ruthenicales; item in laneis penes agros Arnoldi ex una et relicte Smedefelt parte ab altera tres sexagenas cum media et in duobus ortis ante portam Haliczienscm tres fertones Ruthenicos; in duabus quoque areis seu domibus situatis inter domum Iohannis Criche et liquefactorium cere versus platheam Iudeorum duas sexagenas, taliter quod prenarrati census singulis annis ad festum Pentecostes assignari debent, preterquam census in area seu domo ex opposito coquine fratrum minorum, de qua ad singula quatuor tempora media sexagena exsolvetur. Ista tamen adiecta condicione si aliquam domorum seu arearum locorumve pretactorum per ignis incendium aut quovis aliquo casu infortuito anullari contigerit, tunc ipse altarista, quicumque fuerit, usque ad reedificacionem locorum aut domorum arearumve pretactarum compacienciam ferendo censu carere debebit prenotato, postquam vero reedificate

[1]) Zobacz dokument ten Nr. LXV tomu III z dnia 30. Stycznia 1399 r.

fuerint et restaurate, extunc census memorati per inhabitatores earundem viceversa, ut prius, debebunt solvi et assignari. In cuius evidenciam presentes nostras literas sigillo civitatis predicte fecimus roborari. Datum in pretorio Lemburgensi feria quarta proxima post dominicam Iubilate anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo.

Pergaminowy oryginał nr. 100 w arch. miasta Lwowa. Pieczęć oderwana.

LIV.

W mieście Molde 9. (?) Maja 1421 r.

Graf i przysiężnicy miasta Molde zawiadamiają wójta i radę miejską lwowską o testamencie Mikołaja Hechta.

Den Erbern vnd weyzen Foyt, Rothmanne der stat lemborg, eren liben frunden, Groff vnd gesworn burger der Stat Molde [1]), vnsern fruntlichen grus mit folkomener gunst czu aller czeit. Liben herren vnd frunde. Von bescheiden der testament von des armen mannes trwegen Niclos Hecht, dem got genode, als ir vns ynant vorschreben habet, Twe wir euch kunt vnd czu wissen. wy das dy erbern man bekant haben vor vnsirm Rothe, dy bey zeym tode zeyn gewest yn kegenwort, alzo, der erber man Ioknsch weber gesworn burger vnsers Rothes, Iost vnd Merten sneider vnser mitteburger, Alz das der vorgenante Niclos hecht am seynem leczten ende sprach: Das gut, Das mir Wittram mitburger der lemborg schuldig ist, das zeyn meyn armen frunde czu swach vnd czu arm ym an czu fordern vnd an czu gewynnen; Dorume gebe ich hewte das selbe nemliche gut, das mir der vorgenante Wittram schuldig ist, Ganez vnd gar off czu eynem ewigen zelgerethe vnd czu eyner ewigen messen der Stat Lemborg, was der Roth der stat Lemborg am besten anwenden wil. wo ader czu welcher kirchen zy das thuen wellen

[1]) Mimo wszelkich starań nie udało nam się docieć, gdzieby to miasto, *Molde* nazwane, leżało. Z pieczęci, ze współczesnego napisu na odwrotnéj stronie pergaminu i z dokumentu ogłoszonego pod nrem LIX w tomie II możnaby wnosić, że jest to miasto leżące na Mołdawii. Na pieczęci bowiem czytamy: *civitas Moldaviensis*, współczesny napis nazywa testatora *Nicolaus Hecht de Moldavia*, a arcybiskup lwowski Jan w owym dokumencie z r. 1440 (w którym poświadcza, że mu rajcy miasta Lwowa wręczyli summę 337½ grzywien) daje mu także nazwę: *Niklosch Hecht mercator de Moldavia.* Dotychczas jednak jak najzupełniéj nikomu wiadome nie było, żeby na Mołdawii egzystowało miasto z ustrojem i ludnością niemieckiemi, a jeźli tak było, to któreż miasto zwać się mogło *par excellence die Molde?* Są to pytania, na które odpowiedzi dać nie umiem. Ów na czele wymieniony *Groff* mógłby nasuwać domysł, że jest to miasto siedmiogrodzkie, ale i tu nie ma żadnego z taką nazwą. Tego samego imienia znamy tylko miasto w Skandynawii, ale o tem nawet myśleć nie można. Tak więc musimy dokument ten drukować, nie umiejąc rozstrzygnąć téj zagadki. Może się to komu innemu uda.

vnd dirkenen anczuwenden; Dorumme befele ich heutistages das hernoch geschriben gut, das mir der egenante Wittram schuldig ist, dem erbern Rothe der stat Lemborg Eynczufordern vnd eynczumanen von dem vorgeschrebene Wittram. Das ist nw dy schult, dy wir finden In deme Register des Erbern vorgeschreben mannes, dem got genode: X marg silbers, Item I marg goldes, Item XXIX marg silbers, Item IX marg vnd XX groschen Lemborgisch, Item I Mille. werg minus XXIIII balge, Item II mestnische tuch, Item II marg goldes vnd XL golden, Item III marg silber r. f., Item II marg goldes, III golden vnd IIII marg Lemborgisch vor eyn phert; vnd hot ym geben czu halden I silberin kop; dy selbe geschriben scholt ist geschriben worden bey des selben Niclos hechtis leben; vnd das gebe wir euch czu wissen vnd czu derkennen; do mete phlege ewer got czu allerczeit. Gegeben off der Molde am freitage czu phingsten [2]), Czu eynem woren geczenknisse vnder vnsirs Stat gerichtes anhangende Ingesigel, Noch cristi gebort MCCCC vnd In dem XXI Iore.

Oryginał na pergaminie w arch. miasta Lwowa nr. 101. Na odwrotnéj stronie pergaminu napis współczesny lub nie wiele co późniejszy: *Testamentum Nicolai Hecht de Moldavia 1400.* Na pasku pergaminowym zawieszona duża pieczęć na wosku ciemno-zielonym z wyobrażeniem biegnącego jelenia z krzyżem pomiędzy rogami i napisem w otoku: *† SIGILLVM ∴∴ CIVITATIS ∴∴ MOLDAVIENSI. I.*

LV.

We Lwowie 22. Października 1421 r.

Ławnicy lwowscy poświadczają, że Jokusz Cypser sprzedał dom swój mieszczaninowi lwowskiemu Piotrowi Czanserowi.

Nos Scabini civitatis Lamburgensis Nicolaus Scheler, Guntherus, Martinus Zynrich, Iohannes pistor, Nicolaus Fredrici, Thilmannus, Augustinus Gamlich, Petrus Fogilgezanc, Vitramus Czeyzeman et Albertus Golpark ad universorum noticiam per hec scripta deducimus: quod ad nostri banniti iudicy presenciam, cui Georgius Goybel, advocatus noster, presidebat, veniens circumspectus Iocusch Czypser, domum suam, in acie versus macella et ex opposito cymetery Beate Virginis funditus sitam, libere vendidit et iuridice resi-

---

[2]) Data ta nie ścisle oznaczona, Zielone Święta w r 1421 przypadały na 11. Maja, weźmiemy więc Piątek przed niemi, to będziemy mieli 9. Maja, weźmiemy Piątek po nich, to wypadnie data dokumentu tego na 16. Maja 1421 r.

gnavit honesto Petro Czanser, civi nostro, per ipsum eandem domum tenendam, habendam utifruendam perpetueque et pacifice possidendam, ac in usus suos beneplacitos convertendam, prout sibi et suis heredibus ipsiusque legittimis successoribus utilius ac melius videbitur expedire, promittens nichilominus predictus Iocusch Czypser dicto Petro Czanser, pro omni impedicione et arrestacione prefacte domus taliter: quod ipse Petrus Czanser eandem domum tenere et possidere plenimodam debebit habere facultatem, tam longe atque late in omnibus metis, prout ab antiquo hucusque est possessa. In cuius rei testimonium nostri scabinalis officy sigillum presentibus est appensum. Datum feria quarta post festum undecim millia virginum anno domini millesimo CCCC^{m} vigesimo primo.

Pergaminowy oryginał nr. 102 w arch. miasta Lwowa. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć ławników lwowskich opisana przy dokumencie nr. XLVI.

LVI.

We Lwowie 31. Października 1421 r.

Rafał z Soboty czyli z Obychowa, poświadcza, że wspólnie z Janem, arcybiskupem lwowskim, Piotrem Cebrowskim i Janem Zubrskim załatwił spór pomiędzy miastem Lwowem a Stanisławem Sulimowskim, bratem jego, Wojtkiem zwanym Ślizień, i Grzymkiem z Bogusławic.

Ego Rachphal de Sobotha alias de Obychow tenore presencium recognosco, quorum interest vel quibus expedit, universis, presentibus et futuris: quia Stanislaus Sulimowski, Voytek dictus Slidzen, frater ipsius germanus, et Grzimek de Boguslauicze Castrenses Castri Leopuliensis parte ex una et consules civitatis Leopuliensis parte ab altera in Reverendissimum in Christo patrem et dominum ac dominum Iohannem dei gracia Sacrosancte Ecclesie Leopuliensis Archiepiscopum strenuumque dominum Petrum Czebrowsky et nobilem Iohannem Zubrsky ac in personam meam racione displicenciarum et offensionum per modum concordie compromisserunt (*sic*) ratificantes ex utraque parte, quocunque modo fuerit factum, pollicientes tenere. Tandem idem domini supradicti praefatis Stanislao et fratri suo germano ac Grzymkoni per modum concordie concluserunt tantum pro medicina ipsis quadraginta marcas solvere debere cum effectu. Et idem Stanislaus, Voytek, Grzimek arbitrio predictorum dominorum per modum concordie facto steterunt contenti, compromittentes in presencia predictorum dominorum et mea pro rato et grato tenere, quodcunque inter ipsos et consules Leopulienses sit factum vigore arbitramenti, eviternis

temporibus tenere et nunquam reiterare nec contraire. Datum in Leopoli in vigilia omnium sanctorum Anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo, sigillo meo consweto subappenso.

Oryginał pergaminowy nr. 103 w arch. miasta Lwowa. Na pasku pergaminowym zawieszona na czarnym wosku wyciśnięta pieczęć, przedstawiająca herb Wieniawę z napisem w otoku: *s. ra f chval. de f sobotha f.*

LVII.

We Lwowie 12. Listopada 1421 r.

Albert, były burgrabia zamku lwowskiego, i Stanisław Ślizień, bracia rodzeni z Sulimowa, kwitują miasto Lwów z odebrania 30 grzywien, przyznanych im przez sędziów polubownych Jana, arcybiskupa lwowskiego, Piotra Czebrowskiego, Rafała z Obychowa i Jana z Zubrzy.

Nos Albertus olim Burgrabius castri Leopoliensis et Stanislaus dictus Zlidzen fratres germani, indivisi heredes de Sulimow, recognoscimus tenore presencium, quibus expedit, universis: quod cum inter nos et cives civitatis Leopoliensis pro et super nonnullis litibus, controversys, displicencys et discrasys occasione vulnerum, mutilacionum, percussionum exorta fuisset materia iurgiorum, nos igitur et dicti cives volentes parcere fatigis et expensis, in venerabilem dominum et dominum Iohannem dei gracia sancte Leopoliensis ecclesie Archiepiscopum et strenuos ac nobiles dominos Petrum Czebrowski, Raphaelem de Obichow et Iohannem de Subr (*sic*) heredes unanimiter et concorditer compromisimus, ipsos quoque in arbitros arbitratores et amicabiles compositores communiter elegimus et nominavimus, dantes ipsis omnimodam facultatem super premissis cognoscendi, arbitrandi, laudandi et finiendi, prout ipsis ac nobis melius videretur expedire. Unde dicti domini compositores compromisso solempniter facto per ipsorum definicionem inter cetera laudaverunt, pronuncciaverunt et declaraverunt, nobis dari et assignari triginta marcas numeri polonici in moneta comuniter currenti per consules et cives dicte civitatis Leopoliensis. Quare hydem consules huiusmodi compromissum atque laudum firmiter tenentes, nobis videlicet Alberto et Stanislao fratribus pretactas triginta marcas dederunt et assignaverunt integraliter et ad plenum. Ideoque dictos consules, cives et totam communitatem predicte civitatis Leopoliensis de eisdem quitamus et per presentes absolvimus, promittentes ipsos ipsorumque communitatem occasione vulnerum, lesionum, medicinarum

et percussionum pretactarum nuncquam velle impetere per nos vel per aliquam personam submissam seu quemvis consangwineum nostrum propinqum (*sic*) vel remotum, volentes eciam ipsos ab omni inquietudine perpetuo conservare. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum, presentibus honorabilibus viris et dominis Petro predicatore, domino Petro Borman et Nicolao vicarys ecclesie cathedralis ad sanctam Mariam in Leopoli. Datum in pretorio Lemburgensi feria quarta proxima post festum Sancti Martini anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo primo.

Pergaminowy oryginał nr. 104 w arch. miasta Lwowa. Na pasku pergaminowym zawieszona na czarnym wosku wyciśnięta pieczęć, przedstawiająca herb Ślizień, ale niezupełnie tak jak u Niesieckiego VIII, 402, lecz koło, nad nim krzyż równoramienny, i taki sam krzyż nad tarczą. W otoku napis: s* alber(ti)* de* svlimow*.

LVIII.

We Lwowie 15. Listopada 1421 r.

Grzymko z Bogusławic kwituje Lwowian z odebranych od nich 10 grzywien średnich groszy, przysądzonych mu przez rozjemców arcybiskupa Jana, Piotra Cebrowskiego, Rafała z Obychowa i Jana z Zubrzy.

Ego Grzymko de Boguslawicz recognosco tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo famosi consules et cives civitatis Lemburgensis michi decem marcas mediorum grossorum dederunt et assignaverunt occasione vulnerum, lesionum mihi inflictarum ac racione medicine iuxta decretum et declaracionem reverendissimi in Christo patris et domini Iohannis dei gracia sancte Leopoliensis ecclesie archiepiscopi ac strennuorum nobiliumque dominorum Petri Czebrowsky, Raphaelis de Obichow et Iohannis de Subr heredum arbitrorum et amicabilium compositorum inter me et predictos consules atque cives dicte civitatis Leopoliensis. Ideoque dictos consules, cives et totam ipsorum comunitatem de pretactis decem marcis quito et absolvo per presentes, promittens ipsos et ipsorum quemlibet occasione vulnerum, lesionum, medicinarum et percussionum pretactarum nunquam velle impetere per me vel per aliquam personam submissam seu quemvis consangwineum meum propinquum vel remotum; volens eciam ipsos ab omni inquietudine perpetuo conservare. Harum quibus sigillum meum presentibus est appensum. Datum die Sabatho proximo post festum sancti Martini anno domini millesimo quadrin-

gentesimo vigesimo primo in civitate Leopoliensi, presentibus honorabili [1]) domino Petro Borman vicario ad sanctam Mariam in ecclesia kathedrali Leopoliensi et nobili domino Nicola Kunaczowsky.

Pergaminowy oryginał nr. 105 w arch. miasta Lwowa. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć woskowa bardzo zatarta; dostrzedz tylko można na tarczy znamię, podobne do łba bawolego, wolego lub turzego z rogami.

LIX.

We Lwowie 4. Lutego 1422 r.

Rajcy lwowscy poświadczają układ, który stanął w sprawie spadkowéj pomiędzy Mikołajem Schultis a dziećmi Jerzego Czepnera o summę 294 kóp.

Wir Rathmanne der Stad lemburg bekennen allen vnd yczlichen, den is notdorfft wirt zeyn offinbar czewginde: das vor vns in follem zitczende rate komen zynt keginwertig dy vorsichtigen vorrichtislewte Petir Korszner, Iorge Gobel, Andris becke vnd Bartholomeus Nicolai Schelers eydem vnd habin eyne fruntliche Vorrichtunge vnd redliche Vorsinunge bekant, dy zy gemacht habin czwischin dem Erbern Nicolao Schultis, vnserm mitburgir, an eyme vnd den kindirn Ieorgi czepnirs, Niclasen, Iorgen vnd abir Iorgen vnd Barbaran von vetirlichis vnd mutirlichis anfallis wegin, das zy ist anirstorbin beyde von erem vatir vnd von erer mutir in schulchir weyze, das Nicolaus Schultis zal den obengeschrebin fir kindern volkumlich richtin dreyhundirt schock minner sechs schock. Vmme welche dreyhundert schock minner sechse sal her en gebin sechs scheybin Wachs, ydy scheybe czu eylffe steynen vnd fir schock off eyn stocke vnd vmme das obirge zal her en gebin zayt czu dritte halbin schocken vnd dy gemeynen Troppesche tuch czu czween schocken. Item das Haws am rynge gelagin czuneste hannus Kazymers erbe, do dy kindir ynne zeyn, zal den kindern folgin und zullen das geruglich halden vnd bezitczen. Item newnczig schock dy Niclas schuldirbeyn bey em hat dy do steen off zeynem erbe vnd fleyschbenken zullen den vorgenanten kindern folgen an hindernis, also doch daz Nicolaus Schultis vorgenant zal das hawsgerethe behalden vnd zal den kindern dovon geben ffumff bette vnd Niclassen czu voraus Harnischz czu eynem manne. Item dy helfte eynis sul-

[1]) Począwszy od *honorabili* aż do końca tą samą ręką ale zupełnie innym atramentem pisane.

berens gurtels zal habin Barbara vnd dy andir helfte wirt behalden Katherina, das kindelin Nicolai Schultis. Do zelbest vor vns der offtgeschrebinne Niclas Ieorgi czepners zoen, in zeynen mundigen tagen steende, Wolbedocht, frischz vnd gesund, in zeynem vnd in vormundischafft namen zeynir geswistire Ieorgi vnd aber Jeorgi vnd Barbare hot dy oben geschrebinne vorrichtunge gutlich vnd mit gutem Willen offgenomen vnd voriowort, glawbinde dy stete feste vnd vnvorsirlich czu halden czu ewigen tagen, losende em vnd zeynen geswisteren volkomlich doran genugen. Auch Nicolaus Schultis dy zelbe vorrichtunge gelibet hot vnd willichlich offgenomen. Gegebin an der Mitwoche neste vor zante Agate tag noch der gebnrt Cristi firczinhundirt in dem czween vnd czwenczigisten Iare, der vorgenannten Stad Lemburg Sigil denebin angehangen.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 106. Na pasku pergaminowym wisi zwykła miejska pieczęć na zielonym wosku, na wpół przełamana.

LX.

W Sandomierzu 19. Marca 1422 r.

Władysław Jagiełło darowywa miastu Lwowu łaźnię naprzeciw klasztoru Franciszkanów we Lwowie leżącą, z obowiązkiem opłaty rocznego czynszu 20 kóp groszy i pozwala zakładać nowe łaźnie bez żadnéj opłaty.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature comoda nichil dignius memoria habeatur, opportunum existit, ut actus hominum literarum appicibus et fidedignorum testimonio perhennentur, ne lapsu temporis evanescant. Proinde nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Craconie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyanie, Litwanieque Princeps Supprenus, Pomeranie, Russieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit, universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris: Quia balneum nostrum in civitate nostra Leopoliensi, ex opposito monastery fratrum minorum Ordinis sancti Francisci situatum, in edificys, ruinis et alys defectibus nowa indigebat reparacione; quibus cupientes in tempore providere, in nostrisque proventibus et censibus, de eodem balneo nobis provenientibus, plenam habere certitudinem, huiusmodi balneum nostrum cum area, prout ab antiquo est expositum et erectum, ac omni iure, dominio et proprietate, censibus, redditibus et proventibus universis, providis consulibus, civibus et civitati Leopoliensibus damus, inscribimus liberaliter, et donamus donacione perpetua et irrevocabili, perpetuis temporibus et in evum memoratum balneum

per dictos consules, cives et civitatem tenendum, habendum, utifruendum et temporibus perpetuis possidendum, pacifice et quiete, nec non regendum, gubernandum, edificandum, construendum et reparandum atque disponendum, prout ipsis melius et utilius videbitur expedire; ita tamen, quod ipsi consules vel civitas predicta de eodem balneo racione census nostri viginti sexagenas monete comunis, quibuslibet quatuor temporibus per quinque sexagenas nobis et nostris successoribus singulis annis solvere perpetue tenebuntur. Insuper volentes predicte civitatis nostre Leopoliensis condicionem facere meliorem, defectuique ipsius subvenire, ut sub felici nostro regimine utilia incrementa se senciat recepisse, dicte civitati pro melioracione ipsius et utilitate unum vel plura balneum et balnea per dictos consules et civitatem denowo erigendi, edificandi et collocandi in civitate predicta et extra in suburbio ipsius, ubi eis apcius videbitur, damus et concedimus plenam et omnimodam facultatem, huiusmodi balnea per dictos consules aut civitatem denuo erecta et fundata cum omnibus ipsorum censibus, proventibus, proprietatibus et iuribus perpetuis temporibus possidenda et habenda; de quibus quidem balneis, per ipsos consules et civitatem de nowo fundatis et erectis, nullos census, soluciones et proventus ipsi consules vel civitas nobis et nostris successoribus perpetue dare et solvere tenebuntur neque debent, sed in prefatis viginti sexagenis nos et nostri successores dumptaxat debebimus contentari eviterne. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Sandomirie feria quinta post dominicam Oculi, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo secundo. Presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Iohanne sancte Leopoliensis ecclesie Archiepiscopo, Alberto Cracouiensis, Regni Polonie Cancellario et Iohanne Chelmensis Ecclesiarum Episcopis, Strenuisque et Nobilibus Iohanne de Sczekoczin [1]), Michaele de Cziszow Sandomiriensi, Domarath de Kobilani Becensi, Castellanis, et Spithkone de Tharnow Capitaneo nostro Russie generali multisque alys fidedignis. Datum per manus predicti domini Alberti Episcopi et Cancellary et Venerabilis Iohannis Decani Cracouiensis eiusdem Regni Vicecancellarii, sincere nobis dilectorum. Ia. Stanczlaow [2]).

Ad relacionem predicti domini Iohannis decani, Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 107. Pieczęć majestatyczna zawieszona na sznurku z jedwabiu białego, amarantowego i czarnego. Dokument ten oblatowano na dniu 28. Września 1798 r. w tabuli (hipotece) miejskiéj Lwowskiéj.

[1]) Przez omyłkę opuszczono dodać, jakim był kasztelanem. W r. 1420 był lubelskim w obecnym, jak wynika z dokumentu nr. LXI. także lubelskim.

[2]) Zobacz co o tym podpisie powiedziano tom III, str. 176.

LXI.

W Sandomierzu 20. marca 1422 r.

Władysław Jagiełło potwierdza przywilej Kaźmierza Wielkiego z r. 1360, opuszczając jeden ustęp i zmieniając przepis w ustępie tym zawarty.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus pariat imposterum detrimenta, alta regum et principum consilia decreverunt ea literarum et testium annotacione perhennari, proinde nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracowie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyanie Lithwanieque princeps suppremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo pro parte providorum consulum et civium tociusque communitatis civitatis nostre Leopoliensis, fidelium nostrorum dilectorum, nobis oblata peticio continebat, quatenus ipsis privilegium domini Casimiri olim Regis Polonie etc., predecessoris nostri, et eius contenta, excepta una clausula in fine dicti privilegy posita, que sic incipit: Insuper quod domina aut mulier quelibet post mariti sui obitum etc., quam inferius per expressum volumus explicare de innate nobis celsitudinis clemencia confirmare et ratificare dignaremur. Tenor vero huiusmodi privilegy est talis:

Tutaj następuje dokument z r. 1360 nr. X, tom III, z opuszczeniem ustępu powyżej nadmienionego a poniżéj w całości podanego. Potem brzmi potwierdzenie Władysława Jagiełły dalej:

Nos itaque peticionibus ipsorum huiusmodi tamquam iustis et racionabilibus, benigniter annuentes, dictum privilegium predicti domini Kasimiri Polonie Regis etc. et ipsius contenta in omnibus suis punctis sentencys, condicionibus articulis et clausulis, prescripta clausula, ut prefertur, tantummodo excepta, confirmamus, ratificamus et approbamus decernentes ipsum robur obtinere perpetue firmitatis et quia attentis et diligenter inspectis ex predicta clausula: „Quod domina aut mulier quelibet post mariti sui obitum cum consanguineis et cognatis dicti mariti sui quibuslibet utriusque sexus omnes res mobiles et immobiles per medium dividere debet et tenetur“, multiplicibus defectibus, incomodis, controversys, erroribus et dubys dicte civitati nostre sepissime occurrentibus, quibus taliter occurrere cupientes prelatorum et baronum nostrorum ad hoc habito salubri consilio, eamdem clausulam infringimus, cassamus et annullamus ac taliomodo (*sic*) in alium sensum immutamus, interpretamur, declaramus et innovamus: statuentes quod huiusmodi clausule, declaracio et interpretacio in dicta civitate nostra Leopoliensi firmiter perpetuis temporibus

et inviolabiliter observetur in hunc modum: quod legittime viro et uxore matrimonium contrahentibus bonaque hereditaria, mobilia et immobilia, ex utraque parte vel ex una tantum in simul comportantibus, illa omnia bona debent indivisa esse et ad unum coadunata. Dum autem contingat uxorem decedere ab hac luce et marito ipsius superstite remanente, idem maritus heredibus aut consangwineis vel proximioribus dicte uxoris sue sexus utriusque terciam partem omnium bonorum mobilium et immobilium pro successione materna dare teneatur, duabus partibus eorundem bonorum pro se reservatis. Si vero maritus arma bellica et alias res iure Maidburgensi, Hergewethe [1]) vulgariter dictas, pro utilitate sua voluerit obtinere, illa in divisione secundum taxam et valorem ad partem ipsius computentur. Item mortuo marito, uxore ipsius supervivente, ipsa uxor racione dotis et dotalicii terciam partem eorundem bonorum quorumlicet mobilium et immobilium totaliter obtinebit, duabus partibus pro heredibus aut consangwineis vel proximioribus dicti mariti sexus utriusque reservatis. Ac tamen si uxor pro utilitate sua aliquas res ornamentorum seu suppellectilium, que iure Maidburgensi Gerade vulgariter nuncupatum, voluerit optinere (*sic*), illa in divisione bonorum ad partem suam taxentur et computentur. Ceterum si post mortem matris aliquem de pueris seu heredibus, patre in humanis agente, mori contingat, ex tunc pars eiusdem pueri sive heredis morientis ad patrem devolvi debebit pleno iure. Et similiter si aliquem puerorum sive heredum post obitum patris, vivente matre, mori contingat, ex tunc pars pueri defuncti seu heredis ad matrem debebit pertinere. Ceterum statuimus et presentis privilegy munimine roboramus, quod liceat marito uxori sue legitime, prole carente, omnia bona sua quelibet coram bannito iudicio, nostro statuto predicto non obstante, libere resignare, et eciam uxor, non habens prolem, marito suo legitimo, dum tamen ad resignacionem bonorum ad eam pertinencium per eundem maritum metu non fuerit compulsa, per procuratorem idoneum bona huiusmodi similiter in bannito iudicio liberam resignandi habebit facultatem. Super quo volumus, quod dicte civitatis consules diligenciam faciant in huiusmodi resignacionibus mulierum maritis suis factis, ut non sint compulse vel coacte. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Sandomirie feria sexta post dominicam Oculi etc. anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo secundo, presentibus reverendis in Christo patribus dominis Iohanne sancte Leopoliensis ecclesie Archiepiscopo, Alberto Cracouiensis, Regni Polonie Cancellario et Iohanne Chelmensis Episcopis ecclesiarum, strennuis et nobilibus Michaele de Cziiszow Sandomiriensi, Iohanne de Szczecoczini Lublinensi

[1]) *Hergewethe.* Wyraz staroniemiecki *Heer* i *Gewette*, Gewand. Całe uzbrojenie (Kriegesrüstung) które po śmierci ojca spadało na starszego syna, lub najbliższego mężkiego spadkobiercę zmarłego, do czego też najprzedniejsze suknie i upiększenia należały. Ten wyraz z prawém niemieckim przeszedł do Polski i był pisany pisownią polską: *hergiewet*, *hergwert*, *herwegiet.* Słownik polski Lindego I. Lwów 1855 str. 180. *A. P.*

et Domarath de Cobilyani Byecensi Castellanis nec non Paulo de Bogumilouice Cracouiensi, Petro de Falkow Sandomiriensi Iudicibus et Spitkone de Tharnow Generali Capitaneo terre Russie multisque alys fide dignis fidelibus nostris dilectis. Datum per manus prefati domini Alberti Episcopi et Regni Polonie Cancellarii et venerabils Iohannis decani Cracouiensis, eiusdem Regni vicecancellary, sincere nobis dilectorum. Stanislaw [1]).

Ad relacionem predicti domini Iohannis decani
et Regni Polonie vicecancellarii.

Pergaminowy oryginał nr. 108 w arch. miasta Lwowa. Na sznurze jedwabnym kolorów białego, czerwonego i czarnego zawieszona pieczęć majestatyczna Władysława Jagiełły.

LXII.

We Lwowie 14. Kwietnia 1423 r.

Ławnicy lwowscy poświadczają, iż Paweł Szewc oddał w posiadanie Calhannosowi pół lanu przed bramą tatarską położonego.

Nos scabini civitatis Lemburgensis Nicolaus Scheler, Martinus Zinreich, Iohannes pistor, Tilmannus, Petrus Czanser, Augustinus Gemelich, Albertus Goldberg, Mathias Czeyner, Nicolaus Breitschuch, Iohannes Schrope, Mathias Czedlicz et Iohannes . . . [2]) ten, ad universorum noticiam per hec scripta deducimus: Quod ad nostri banniti iudicii veniens presenciam Paulus sutor concivis noster, medium mansum agri a(*nte valv*)am Thartarorum circa montem Sancti Georgy, cuius fines agros Georgii Gobel continguut, eo iure ac in omnibus metis et granicys, quibus solus tenuit, provido Calhannos, civi nostro, iuridice resignavit cum ipsius fructibus, obvencionibus, utilitatibus et appendencys universis tenendum, habendum, utifruendum et in usus beneplacitos convertendum, prout sibi eiusque successoribus legitimis utilius ac comodius videbitur expedire, promisitque predictus Paulus sutor prefato Calhannos pro omni impeticione pretacti medy lanei iuxta legem et consuetudinem civitatis. Datum Lamburge feria quarta proxima post conductum pasche, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo tercio, nostri Scabinatus offici sigillo presentibus appenso etc.

Oryginał na pergaminie w arch. m. Lwowa N. 109, znacznie od wilgoci uszkodzony. Na pasku pergaminowym zawieszona znacznie uszkodzona pieczęć ławników, opisana przy N. XLVI.

[1]) Zobacz co o tym podpisie powiedziano tom III. str. 176 i porównaj notę 2 dodaną do dokumentu bezpośrednio ten tu poprzedzającego.

[2]) Kilka liter wypełzniętych, pewno: *Zommers.*

LXIII.

We Lwowie 12. Lipca 1423 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają, iż Miczko Tworkowicz z Rudaniec, dawny sołtys Zubrzy, pokwitował Jana dziedzica Zubrzy z odebrania pieniędzy za sprzedane sołtysostwo.

Nos consules civitatis Lemburgensis Georgius Gobil tunc prothoconsul, Iohannes Trautfreuwlin, Andreas Pistor, Witramus Czeiseman, Nicolaus Fredrici et Nicolaus Czornberg, ad universorum noticiam per hec scripta deducimus: Quod coram nobis in consulatus plenitudine constitutus personaliter Miczco Tworcowicz de Rodancze [1]), condam scultetus in Subrza, non compulsus, nec coactus, quin imo sanus corpore composque racionis, bona quoque sui deliberacione, recognovit publice et expresse, quomodo Nobilis dominus Iohannes heres de Zubrza sibi plenariam satisfaccionem fecit pro scultecia in villa Subrza; et quidquid ipse dominus Iohannes Zubrsky predicto Miczconi Tworcowicz pro eadem scultecia tenebatur, integraliter et adplenum exsolvit, explevit cum effectu; cuius rei causa memoratus Miczco Tworcowicz prefatum dominum Iohannem heredem de Subrza racione dicte scultecie liberum quitumque dimisit et solutum, promittens, ipsum nec per se, nec per quempiam alium occasione pretacte scultecie aut racione aliquarum pecuniarum unquam velle impetere, nec aliqualiter impugnare. Datum Lamburge feria secunda in vigilia beate Margarethe anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo tercio. Sigillo civitatis predicte Lemburgensis presentibus appenso.

Oryginał na pergaminie w arch. m. Lwowa N. 110. Na pasku pergaminowym zawieszona zwykła pieczęć miasta Lwowa.

---

[1]) Rudańce, wieś w powiecie lwowskim.

LXIV.

We Lwowie 1. Grudnia 1423 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają, jako Jan Zummersteyn, kupił od Piotra Stechera dziewięć prętów gruntu, do których oni dodali synowi tegoż Janowi jeszcze 10[ty] z obowiązkiem utrzymywania drogi z miasta przez swój folwark.

Wir Rathmanne der Stat lemburg Niclas fredrich off dy czeit burgermeister, Iurge gobil, Andris becke, Iohannes trautfreuwlen, witram czeizeman vnd Niclas czornberg, mitsampt dem alden rathe petir kursner, Iohannes tholmacz, Iurge crebil, franczco rymer, Clemens Czedlicz, Andris clopper, Niclas gutler, Niclas schultis, Erasmus Swarczniclas, Cloze schultis vnd petir fogilgesang, Czeugen vor allen vnd iczlichen, den is notdorfft ist, das hannos zummersteyn zeliges gedechtnis hat gekaufft bey seyme leben weder petir stechern, dem got gnade, newn rutten erbes, dy do gelegen seynt bey Gregor stechers mole, vnd noch seyme tode geerbet seynt an seyne efrawe katherinam vnd an Iohannem seynen son. Nu haben wir em doreczu gegeben eyne rutte erbis dy czehende, welche czehen rutten wir awsgemessen vnd awsgelechet haben, dy czu haben [1]), czu halden vnd ewichlich czu besiczen vnd in den besten nocz czu wenden, zo is den egenantem Iohannem zummersteyn vnd dy seynen allirbequemste wirt behagen noch der stat rechte vnd vnschedelich dem Stat gerichte; In sulcher weize das eyn freyer weg sal geen czu ewigen tagen vbir dy obengeschreben czehen rutten durch der stat bruch bis czu seynem forwerke [2]), das do gelegen ist bey holowskon [3]), vnd durch das selbe forwerg vbir seyne terme adir wo is der stat an dem bekwemsten wir seyn bis off dy Strosse, dy do gehet von Sbogisczc [4]). Des czu eynen geczeugnisse haben wir der stat Segil an desem lassen hengen, der gegeben ist am mitwoch neste noch sante Andris tage in dem iare gotis Tausent firhundert in dem dritten vnd czwenczigsten Iare.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa N. 111. Na skrawku pergaminowym zawieszona zwykła pieczęć miejska na zwykłym wosku.

[1]) Tutaj pisarz przez omyłkę powtórzył dwa razy: *czu haben*.

[2]) Dziś Zamarstynów, wieś pode Lwowem.

[3]) Hołosko, wieś w powiecie lwowskim.

[4]) Zboiska, wieś w powiecie lwowskim.

LXV.

We Lwowie 6. Lutego 1424 r.

Spytko z Tarnowa, starosta jeneralny ruski, przenosi z rozkazu króla Władysława Jagiełły łaźnię Ormianina Atabe we Lwowie na inne miejsce, z obowiązkiem opłacania z niej trzech kóp groszy rocznie.

Nos Spithco de Tarnow, terre Russie Capitaneus generalis, significamus tenore presencium quibus expedit universis [1]) presentibus et futuris presencium noticiam habituris: Quod de mandato speciali et commisso [2]) Serenissimi principis domini domini Wladislai dei gracia Regis Polonie etc. domini nostri [3]) graciosissimi balneum Armeni leopoliensis dicti Atabe, situm in fossato extra muros leopolienses, in alium locum, videlicet ubi taberna dicta Braha ab antiquo stetit, per ipsum Atabe construendum et de novo erigendum, foris eandem civitatem inter duas plateas, unam videlicet, qua itur ab ecclesia beate virginis Marie ad ecclesiam sancti Iohannis, et [4]) aliam maiorem plateam, que vadit de civitatis valva versus Podhoray, cum orto et curia dicta Sedlisko, quam advocatus Armenorum possidebat ac toto situ [5]) eiusdem taberne Braha, perpetuo transferimus modo tali: quod idem Atabe prefatum balneum infra decursum duorum annorum de edificys et roboribus ligneis edificare et construere debebit in loco predicto, ubi braha stetit a temporibus retroactis; solum faciet murum duabus ulnis sursum ad altitudinem, super quo muro edificia lignea predicti balnei novi eriget, statuet et locabit. Novum autem construendo balneum [6]) infra tempus predictorum duorum annorum, antiquum destruere vel movere non debebit, sed utifructur [7]) de eodem, quousque novum per ipsum infra tempus predictum erectum fuerit et constructum. Quod quidem balneum idem Atabe et pueri sui perpetuis temporibus tenebunt, habebunt, utifruentur et pacifice possidebunt, ac eciam vendent eo iure, quo soli ipsum possident, de consensu tamen Regio speciali. Familiamque Castri leopoliensis semel in qualibet ebdomada, videlicet singulis quartis ferys, in eodem balneo novo absque recepcione pecuniarum beluiari [8]) (*sic*) ac Castro obedienciam, quam in antiquo balneo faciebat, ipse [9]) et pueri sui facere tenebuntur. Et quia idem Atabe et antecessores sui de antiquo balneo duas sexagenas mediorum grossorum

---

[1]) W transsumcie opuszczono ten wyraz. [2]) W transsumcie opuszczono ten wyraz. [3]) W transsumcie: *mei.* [4]) Dodano: *ad.* [5]) Dodano: *et iure.* [6]) Dodano: cum duobus hostys, intersepta pariete per medium balnei, secundum consuetudinem balneorum pro utriusque sexu, videlicet virorum et mulierum. [7]) *utifruatur.* [8]) *balneari.* [9]) Opuszczono ten wyraz.

Castro solvere consueverant, et de Braha predicta [10]) eciam una sexagena mediorum grossorum singulis annis Castro similiter solvebatur, ideo predictus [11]) Atabe prefatis duabus sexagenis eandem terciam, que dabatur a Braha, adiunxit et ita de cetero a prefato novo balneo tres sexagenas Regie maiestati ad Castrum idem Atabe et sui pueri annis singulis temporibus perpetuis dare et solvere tenebuntur. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum [12]) presentibus est appensum. Datum in Leopoli dominico (*sic*) in die beate Dorothee virginis, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Vicesimo quarto. Presentibus ibidem nobilibus strenuisque [13]) dominis Stanislao de Dawidow, Cunatho de Tuliglowi Woiewoda leopoliensi, Iohanne Czarnuss, Andrea Rewuth, Nicolao Grochota de Glinka, Petro Zoltansky, Nicolao Wolcowsky, Alberto Byeleczsky Woiewoda Grodocensi, et alys multis nobilibus fidelibus fide dignis [14]).

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa, nr. 112. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć, wyciśnięta na zwyczajnym wosku, przedstawiająca herb Leliwa z napisem nieczytelnym w otoku. — W następnym roku 1425 dnia 4. Listopada dokument ten potwierdzony został przez króla Władysława Jagiełłę w transsumpcie, okazującym niejakie odmiany, które tu w przypisach podano. Samo zaś potwierdzenie wydrukowano poniżej pod N. LXXIV.

LXVI.

W Krakowie 9. Marca 1424 r.

Władysław Jagiełło potwierdza Januszkowi, mieszczaninowi lwowskiemu, zwanemu tłómacz, poborcy podymnego, dokument ławników lwowskich z r. 1413.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus pariat in posterum detrimenta, alta regum et principum consilia decreverunt ea literarum apicibus et annotacione testium perhennari, proinde nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie Lithuanieque Princeps supremus, Pomeranie, Russieque dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo pro parte famosi Ianuschkonis, interpretis dicti, exactoris pecuniarum nostrarum fumalium et civis Leopoliensis, fidelis nobis dilecti, Maiestati

[10]) Zamiast *predicta* stoi: quam sibi pro huiusmodi balneo denuo construendo dedimus, donavimus et contulimus. [11]) *predicto*. [12]) *meum*. [13]) Dodano: *viris*. [14]) *fidelibus fidedignis nobilibus*.

nostre constans et humilis oblata peticio continebat, quatinus sibi literam infrascriptam videlicet scabinorum civitatis Leopoliensis et in ea contenta ratificare, confirmare, gratificare, innovare et approbare dignaremur. Cuius quidem litere infrascripte tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Tutaj następuje dokument ławników lwowskich, oddrukowany tutaj pod nrem XXXI. Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Nos itaque huiusmodi peticionibus ipsius Ianuschkonis exactoris nostri, iustis et racioni consonis, benigniter annuentes suprascriptam literam memoratorum scabinorum et eius contenta in omnibus suis punctis, sentencys, condicionibus, articulis et clausulis de innata nostre Celsitudinis clemencia ratificamus, confirmamus, gratificamus, approbamus et innovamus, decernentes ipsam robur habere perpetue firmitatis, constituentesque memoratum Ianuschkonem exactorem et civem nostrum et ipsius successores legittimos premissorum bonorum mobilium et immobilium necnon allody seu predy Holowsko cum omnibus et singulis superius descriptis verum dominum, heredem et perpetuum possessorem. Eciam attentis ipsius Ianuschkonis exactoris nostri predicti multiplicibus et fructuosis obsequys, quibus nobis complacuit et complacere poterit, ipse et proles eius legittima aucto fidelitatis studio prestantius in futurum, horum intuitu volentes ipsum specialium graciarum nostrarum prerogativa reddere consolatum, sibi et suis successoribus legitimis quandam vastitatem nostram in rivulo dicto Brzuchowicze consistentem, dicti sui allody Holowsko contiguam et propinquam, et usque ad alium rivulum Nyessyen, qui decurrit in fluvium Rokithna, se protendentem, et cum hoc unum pratum in Thernawa [1], quod alias Iurko Ruthenus obtinebat, cum alio prato dicto dolina, cuius erit latitudo et longitudo usque ad paludinem, damus, donamus, inscribimus et largimur perpetuis temporibus et in evum per dictum Ianuschkonem exactorem vel suos liberos et successores legittimos huiusmodi vastitatem Brzuchowicze et prata predicta, cum omni iure, dominio et proprietate, necnon omnibus et singulis superius descriptis utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, agris, campis, pratis, pascuis, sylvis, mericis, nemoribus, borris, mellificys, venacionibus, piscinis, piscaturis, rivis, lacubus, rivulis, fluvys, molendinis et emolumentis ipsorum ac usibus universis, qui modo sunt et in posterum in dicta vastitate Brzuchowicze rivulis et pratis per eundem Ianuschkonem et eius successores erigi poterint quoquomodo et augmentari, tenendam, habendam, utifruendam et pacifice temporibus perpetuis possidendam et vendendam, obligandam, commutandam, et prout eis melius et utilius videbitur convertendam. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio

---

[1]) W powiecie lwowskim znajduje się dzisiaj wieś Tarnawką zwana.

literarum. Actum Cracouie feria quinta post diem Cinerum anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo quarto, presentibus reverendis in Christo patribus dominis Alberto Gneznensi, Iohanne Leopoliensi Archiepiscopis, Zbigneo Cracoviensis, Iohanne Wladislauiensis et Andrea Poznaniensis ecclesiarum Episcopis, magnificis et strenuis Cristino de Ostrow Castellano, Iohanne de Tharnow Palatino Cracoviensibus, multisque a.. s fide dignis. Datum per manus venerabilium Iohannis Decani Cracouiensis, Regni Polonie Cancellary et Stanislai Cziolek Cantoris Cracouiensis, eiusdem Regni Polonie Vicecancellary, sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem predicti domini Iohannis Decani Cracouiensis, Regni Polonie Cancellary.

Kopia pergaminowa z początku 16. wieku w arch. m. Lwowa N. 113.

Dokument ten potwierdził król Zygmunt I. Potwierdzenie to brzmi:

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae necnon terrarum Cracouiae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiauiae, Russiae, Prussiae, Culmensis, Elbingensis, Pomeraniaeque etc. dominus et haeres manifestum facimus tenore praesentium, quibus expedit, universis et singulis, praesentibus et futuris, praesentium noticiam habituris: quomodo constitutus coram nobis personaliter famatus Martinus Hannel, civis noster Leopoliensis, fidelis dilectus, exposuit: quod etsi habuerit literas et privilegium super bona et praedium Holowsko nuncupatum per Serenissimum Principem dominum Wladislaum, divae memoriae Poloniae Regem, antecessorem nostrum, (*avum nostrum charissimum*), antecessoribus suis concessum et confirmatum, tamen casu quodam fortuito amissum, nihilominus eiusdem privilegii exemplar coram nobis exhibuit, quod nos coram legi mandavimus. Supplicavitque nobis humiliter, quatinus huiusmodi privilegium super praefata bona Holowsko concessum, in quorum possessione pacifica ipse existit et antecessores sui vigore huius privilegii fuerunt, confirmare, approbare et ratificare dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor sequitur et est talis.

Tutaj następuje powyżéj oddrukowany dokument. Potem brzmi potwierdzenie:

Nos igitur Sigismundus Rex adspiciens testimonium a Reverendo in Christo patre Mathia de Drzewicza Episcopo Wladislauiensi et magnificis Otta de Chodecz Palatino Russiae generali, tum Haliciensi, Sniatiniensi et Colomiensi Capitaneo et Stanislao de Chodecz Regni nostri Marschalco et Capitaneo Leopoliensi, sincere nobis dilectis, quibus de huiusmodi privilegio certo constabat [1]), easdem ipsas literas praeinsertas, et omnia ac singula in eis contenta, sic ut prae-

[1]) Mimo ostrożności króla potwierdził on dokument podrobiony: gdyż kr. Władysław II. Jagiełło nie mógł darować Januszkowi pustkę nad Brzuchowicą, bo ta była objęta w ogonach łanowych i obszarach podarowanych przez niego miastu w 1415 r. 18 września (zob. nr. XXXIV).

J. Wagilewicz.

Nie chciałem téj uwagi ś. p. Wagilewicza niszczyć, choć nie sądzę, żeby była uzasadnioną. Zdaniem mojem nie cały ten dokument jest podrobiony, lecz do rzeczywistego oryginału Władysława Jagiełły, zawierającego tylko potwierdzenie ławnickiego przywileju z r. 1413. dodano cały ustęp, zaczynający się od wyrazów: *Eciam attentis ipsius Ianuschkonis exactoris nostri predicti*, a kończący się na wyrazach: *et prout eis melius et utilius videbitur convertendam*, czyli innemi słowy właśnie darowiznę téj pustki Brzuchowicy.

mittitur, super eiusmodi bona et praedium Holowsko concessas, praesertim in quorum pacifica possessione praefatus Martinus existit, de certa scientia et speciali gratia regiis nostris, ac ad certorum consiliariorum nostrorum intercessionem, approbandas, ratificandas et confirmandas duximus, approbamusque, ratificamus et confirmamus praesentibus, decernentes eas robur debitae et perpetuae firmitatis obtinere, tenore praesentium mediante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Actum Cracouiae Sabbato die festi sanctae Margarethae virginis (*13. Lipca)* anno domini millesimo quingentesimo vigesimo primo, regni vero nostri (*anno*) decimo quinto, praesentibus reverendis in Christo patribus dominis Ioanne de Conary Cracoviensis, Petro de Tomice Posnaniensis, et Regni nostri Vicecancellario ecclesiarum Episcopis, necnon magnificis, generosis et venerabilibus Christophero de Schydlowyecz Palatino et Capitaneo generali Cracouiensi ac Regni nostre Cancellario etc., Otta de Chodecz Palatino Russiae generali, Nicolao de Schydlowyecz Sandomiriensi et Regni nostri Thesaurario, Nicolao Iordan de Zakliczin Woinicensi et procuratore generali Craconiensi et Ianussio Swierczowski Visliciensi Castellanis, Stanislao de Chodecz Regni nostri et Capitaneo Leopoliensi et Petro Kmita Solenski de Wisnicze Curiae nostrae Marschalcis et Capitaneo Premisliensi, Andrea Crziczki Posnaniensis et sancti Floriani in Cleparz et Nicolao Zamossczki Tarnouiensis ecclesiarum Prepositis et Canonicis Cracouiensibus, et Paulo de Crassow Praeposito circa omnes Sanctos Cracouiensi et Canonico Leopoliensi Secretariis nostris, et aliis quam plurimis Dignitariis, Officialibus ac Curiensibus nostris ad praemissa testibus fide dignis, syncere ac fidelibus nostris dilectis. Datum per manus prefati Magnifici Christophori de Schydlowyecz Palatini et Capitanei generalis Cracouiensis ac regni nostri Cancellarii, tum Siradiensi, Nouae Ciuitatis Corczin, Sochaczouiensi, Gostinensi etc. Capitanei, syncere nobis dilecti.

Cristoforus de S. Palatinus et Capitaneus Cracouiensis et Regni Poloniae Cancellarius subscripsit.

Relacio eiusdem magnifici Christophori de Schydlowiecz Palatini et Capitanei generalis Cracouiensis et Regni Poloniae Cancellarii etc.

LXVII.

W Busku 4. Października 1424 r.

Władysław Jagiełło potwierdza i znacznie pomnaża prawa i przywileje miasta Kołomyji.

Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium universis, quibus expedit, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo volentes civibus nostris Colomiensibus graciam nostram facere specialem, ut nostris perpetuis presidys paupertatis sue erumnas valeant ollerare, ipsis harum tenore presencium concedimus libertatem, quod quandocumque in metis et graniciebus super accusacione et malefactorum delacione alique convenciones

exercerentur speciales dicti cives et ipsius incole eidem convencioni omnino non tenentur interesse, nec cuipiam huiusmodi ibi ad obiecta respondere, sed si quis huiusmodi, ut prefertur, contra prefatos cives et ipsius incolas aliquid querimonie vel accionis habuerit, extunc non alibi solum in Colomia coram advocato et scabinis ipsorum nec aliter quam ipsorum iure Theutonico Maideburgensi de se querulanti respondere tenebuntur et debebunt, nisi hec specialissima requiret consuetudo. extunc iure ipsorum Theutonico similiter Maideburgensi et non alio in alys certis locis contra ipsos procedetur. Eques etiam Podvodorum non alteri, nisi literas nostras speciales habenti, arduo et hoc super . . . [1]) pecuniarum nostrarum dabunt et dare tenebuntur; decernentes insuper, quod civitas antiqua Colomia in metis et graniciebus ipsius ab antiquo tentis ac pratis, campis et silvis, necnon circa solucionem decimarum et iura omnia et consuetudines, que et quas tempore predecessoris nostri Kazimiri olim Regis Polonie obtinebant et obtinent inviolabiliter conserventur, prohibentes etiam, quod nullus mercator undecunque veniens sive terrigena extra civitatem predictam Colomiam aliquas mercancias sive fora in villis nostris et subditorum nostrorum quorumcumque sub amissione mercium ipsius huiusmodi facere audeat omnino vel presumat. Via quoque per dictam civitatem nostram Colomiam et non per aliam pateat cuilibet transeunti. Volumus insuper et edicto nostro servari volumus, quod in omnibus mericis, silvis et gays nostris et quorumvis subditorum nostrorum terrigenarum nullus capitaneus, voievoda, terrigena et quivis subditus noster prefatos cives Colomienses circa incisionem arborum pro edificys et ipsorum usibus impedire, arrestare, spoliare et detinere audeat vel presumat vel quoquomodo eos circa iura, literas, statuta et consuetudines antiquas olim Cazimiri Regis antecessoris nostri, de quibus dudum plenam fidem, experienciam recepimus, inviolabiliter conservetis et conservari debeatis. Quos et nos volumus tenore presencium decernimus conservare per presentes. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Busko feria quarta ipso die beati Francisci confessoris anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo quarto. Ad nostre tantum beneplacitum voluntatis duratura.

Ad relacionem Venerabilis Stanislai Cziolek Cantoris Craconiensis, Scolastici Sandomiriensis, Regni Polonie Vicecancellary.

Podług kopii z XVI. wieku, znajdującej się w kopiariuszu lwowskim na str. 138 i nast., a to w transsumcie Zygmunta I. z r. 1517.

[1]) Jeden wyraz nieczytelny.

LXVIII.

We Lwowie 15. Listopada 1424 r.

Jan, arcybiskup lwowski, potwierdza sprzedaż domu przez Gawla, kapellana arcybiskupiego, rajcom miasta Lwowa.

Iohannes, Dei gracia sancte Leopoliensis Ecclesie Archiepiscopus, recognoscimus tenore presencium quibus expedit universis: Quod cum domus et area in plathea iudeorum in contiguo stabuli civitatis Leopoliensis situata, post mortem Petri Smoel baptisati iudei, per delegacionem testamentariam ad personam nostram devoluta fuisset et redacta, tandemque eandem domum discreto domino Gallo, capellano nostro, plebano de Swyncza, intuitu fidelium serviciorum suorum nobis plerumque exhibitorum, dedimus, donavimus et contulimus pro usu suo beneplacito convertendam. Cum itaque pretacta domus ad ruinam finalem corruisset, que multis pro reedificacione et constructione eguit sumptibus et impensis; propter quod predictus Gallus huiusmodi impensis et structuris non valens suppetere, pretactam domum atque aream, cum consensu nostro et voluntate, famosis viris consulibus predicte civitatis Leopoliensis iuste vendicionis titulo rite et racionabiliter ac libere coram nobis et coram bannito iudicio Leopoliensi resignavit, per ipsos ac omnes ipsorum consules successores tenendam, habendam, utifruendam, pacifice et perpetuis temporibus possidendam, et in usus eorum, prout ipsis melius et utilius videbitur expedire, convertendam. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Leopoli feria quarta proxima post festum sancti Martini, anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo quarto.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 115. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczątka mała na czerwonym wosku wyciśnięta z herbem Półkozic i napisem w otoku: *s. iohannis* . . . . . (reszta nieczytelna).

LXIX.

W Rzymie 27. Listopada 1424 r.

Jordan, biskup Albański, pozwala Esterze, wdowie po Janie Czornbachu, przyjąć sobie spowiednika, i nadaje takowemu moc rozgrzeszania jej w wielu wypadkach.

Iordanus miseratione divina Episcopus Albanensis, Dilecte in Christo Hester relicte quondam Iohannis Czornbaich (*sic*), mulieri Cracoviensis diocesis, salutem in domino. Solet annuere sedes apostolica pys votis et honestis petencium precibus, maxime ubi salus requiritur animarum favorem benivolum impartiri. Cum igitur ex parte tua nobis fuerit humiliter supplicatum, ut in vite tue solatium eligendi confessorem ydoneum tibi licentiam concedere dignaremur, Nos tuis supplicationibus favorabiliter annuentes, auctoritate domini pape, cuius primarie curam gerimus, et de eius speciali mandato super hoc vive vocis oraculo nobis facto, devotioni tue concedimus, quatenus liceat tibi ydoneum et discretum presbyterum in confessorem eligere, quem super peccatis, que sibi confiteberis, nisi talia sint, propter que merito sit sedes consulenda predicta, tibi dicta auctoritate provideat de absolutionis debite beneficio et prima salutari quoad vixeris quotiens fuerit opportunum; vota vero peregrinationis et abstinentie, si qua emisisti, que commode servare non potes, ultra martyrio beatorum Petri et Pauli atque Iacobi Apostolorum votis duntaxat exceptis, comutet tibi idem confessor in alia opera pietatis. Datum Rome apud Sanctam Mariam maiorem V kalendas Decembris Pontificatus domini Martini pape V Anno septimo.

Bertian sextus dictus Tubius.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 116. Na sznurku konopnym zawieszona była pieczęć, której pozostały tylko szczątki, przedstawiające na czerwonym wosku wizerunek Matki Boskiej z dzieciątkiem. Na załamku pergaminu podpis: *P. Gaitani*, na odwrotnéj stronie u góry: *H. Elchleyben*.

LXX.

W Krakowie 20. Lutego 1425 r.

Władysław Jagiełło daje Januszkowi tłómaczowi na dziedziczną własność sklep sukienny, uwalniając go od wszelkiéj opłaty z niego.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam Rei Memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus pariat imposterum detrimenta, alta Regum et Principum consilia decreverunt ea literarum apicibus et testium annotacione perhennari. Proinde nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie necnou terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Litwanieque princeps suppremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris presencium noticiam habituris: quomodo attente mentis intuitu perpendentes serviciy constanciam et fidelitatem, quibus nobis famosus Ianuschko Tholmacz, civis noster Leopoliensis et protunc pecuniarum nostrarum fumalium in terra Russie exactor, fidelis dilectus, complacuit et complacere potuerit prestancius in futurum, horum intuitu cupientes ipsum specialis nostre gracie prerogativa consolari et ad huiusmodi servicia nostra et fidelitatis constanciam reddere prompciorem, sibi suisque liberis et successoribus legittimis institam sive cameram pannicidialem pro vendendis, comparandis et incidendis universorum generum et maneriarum pannis in domibus sive circulo aut alys locis quibuscumque ipsius civitatis Leopoliensis, liberam tamen et absque solucione cuiusvis census annui pro nobis dari consueti, damus, donamus, inscribimus et donacione perpetua de innata nobis celsitudinis clemencia incorporamus, per ipsum Ianuschkonem, suos liberos et successores legittimos huiusmodi cameram seu institam pannicidy cum omni iure, dominio et proprietate universisque et singulis eiusdem instite utilitatibus, fructibus, censibus, proventibus, obvencionibus et usibus quibuscumque tenendum, habendum, utifruendum et pacifice perpetuis temporibus possidendum, nec non vendendum, comutandum, obligandum, donandum et in usus suos beneplacitos libere convertendum, prout ei et eius successoribus legittimis melius et utilius videbitur expedire. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Cracouie feria tercia carnisprivy in solempnitate Baptismalium incliti Wladislai fily nostri carissimi, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo quinto, presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Alberto Gneznensi primate, Iohanne Leopoliensi Archiepiscopis, Sbigneo Cracouiensis, Andrea Poznaniensis et Iohanne Chelmensis Ecclesiarum Episcopis, magnificis Iohanne de Tharnow Cracouiensi,

Nicolao de Michalow Sandomiriensi et Iacobo de Konieczpolie Siradiensi palatinis multisque alys fide dignis. Datum per manus venerabilium Iohannis decani Craconiensis, Regni Polonie cancellary et Stanislai Czolek cantoris Craconiensis, eiusdem Regni Polonie vicecancellary, sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem predicti Domini Iohannis decani et cancellary.

Pergaminowy oryginał w arch. miasta Lwowa nr. CXIX. U dołu na sznurze jedwabnym koloru białego, czerwonego i czarnego zawieszona zwykła pieczęć większa królewska.

LXXI.

We Lwowie 13. Marca 1425 r.

Piotr z Charbinowic, starosta jeneralny ruski, poświadcza, jako Stanisław Ślidzień z Sulimowa zeznał, iż rajcy lwowscy jemu i bratu jego zadość uczynili według sądu polubownego za rany zadane.

Nos Petrus de Charbinowicze Capitaneus Russie generalis notum facimus tenore presencium universis, presentibus et futuris, presentem paginam inspecturis: quomodo in presencia nostri nec non aliorum circumsedencium in iudicio nostro Leopoliensi constitutus personaliter Nobilis Stanislaus dictus Zlidzen de Sulimow recognovit, consules civitatis Leopoliensis satisfecisse pro litibus, displicencys et vulneribus sibi videlicet Stanislao Zlidzen et fratri suo per eosdem illatis, pro et super quibus Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Iohannes, Sancte Leopoliensis Ecclesie Archiepiscopus, nec non Strenui et Nobiles Domini Petrus Czebrowsky, Raphael de Obiechow et Iohannes de Zubr [1]) heredes, unanimiter et communiter compromiserant per modum concordie arbitralis et amicabilis composicionis, temporibus prioribus, huiusmodi lites, displicencias et offensiones mittigantes, videlicet inter prefatum Zlidzen, ac eciam prenominatos consules dicte civitatis Leopoliensis. Ideoque prefatus Stanislaus Zlidzen promisit sub fide et honore, dolo, colore et fraude quibuslibet proculpulsis, dictos consules, cives et totam communitatem civitatis prenominate Leopoliensis de huiusmodi litibus, displicencys et vulneribus, ut prefertur, amplius non monere aut quovismodo inquietare per ipsum vel per aliam personam propinquam aut remotam, promittensque ratum gratum tenere per-

---

[1]) Jest to tyle razy już wspominana Zubrza.

petuis temporibus et in evum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in Castro Leopoliensi feria tercia post dominicam Oculi proxima, anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo quinto. Presentibus Strennuis et Nobilibus viris Spitkone de Tharnow Capitaneo Iaroslawiensi, Petro de Czebrow, Wlodkone Capitane (*sic*) Samboriensi, Stanislao Dawidowsky, Kunato de Thuliglowy, Golambkone de Zymnawoda heredibus, alysque quam plurimis testibus fide dignis etc.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 113. Na pasku pergaminowym zawieszona pieczęć, wyciśnięta na zwyczajnym wosku, przedstawiająca herb starosty Sulimę z napisem w otoku : *S. petrasi de charbinowicz.*

LXXII.

W Przemyślu 16. Marca 1425 r.

Janusz, biskup przemyski, Benedykt proboszcz, Jan Fulmar kantor, Filip oficyał, Mikołaj Łysy, Jan Weygandów i Piotr Betka kanonicy, oświadczają, że rajcy lwowscy dlug zaciągnięty u Macieja, zmarłego biskupa przemyskiego, 235 szerokich a 39 grzywien średnich groszy oddali w ręce króla Władysława Jagiełły.

Ianussius, Dei et apostolice Sedis gracia episcopus ecclesie Premisliensis, necnon Benedictus prepositus, Iohannes Fulmar cantor, Philippus officialis, Nicolaus calvus, Iohannes Weygandi et Petrus Betka prelati et canonici capitulumque ecclesie eiusdem, significamus tenore presencium omnibus et singulis, presentibus et futuris: quod licet bone memorie quondam reverendus in Christo pater dominus Mathias ecclesie predicte predecessor noster, dum egisset in humanis, circumspectis viris consulibus civitatis Leopoliensis ex causa veri, iusti et amicabilis mutui ducentarum et triginta quinque marcarum latorum grossorum et quadraginta minus una marcarum mediorum grossorum, quamlibet in quadraginta octo grossos computando, mutuasset et super mutuo huiusmodi literas inscripcionum consulum et civium predictorum, sigillo ipsorum communitas, habuisset et recepisset, que post mortem suam in nostram velut successorum potestatem sunt devolute et redacte. Tamen quia consules et cives predicti, nostra ad hec accedente libera voluntate, pariter et consensu speciali atque scitu dominorum de capitulo, prefatas ducentas et triginta quinque marcas latorum grossorum et quadraginta minus una marcas mediorum grossorum Serenissimo principi et domino domino Wladislao dei gracia Regi Polonie etc.,

domino nostro graciosissimo, in paratis et numeratis pecunys realiter tradiderunt et assignaverunt integraliter et ad plenum, ideo nos, non compulsi nec coacti, quynymmo bona nostra deliberacione, eosdem consules atque cives presentes et futuros totamque communitatem predicte civitatis Leopoliensis a solucione pretactorum ducentarum et triginta quinque marcarum latorum grossorum et quadraginta minus una marcarum mediorum grossorum absolvimus, liberamus et quietamus, nichil debiti in eisdem relinquentes, renuncciantes omnibus et singulis iuris et facti excepcionibus, que contra premissa quoquo modo venire aut facere valeant atque possint, promittentesque ipsos consules atque cives predictos et successores eorum nunquam impetere per nos aut quospiam nostros successores nec umquam perpetuis temporibus impugnare. In casu eciam si literas recognicionum seu inscripcionum, in quibus predicti consules atque cives Leopolienses predicto domino Mathie aut eius successoribus dare predictas pecunias soluturos se submiserant, inveniri et reperiri contingat, quas in pura fide pro nunc habere et invenire non possumus, huiusmodi littere inscripcionum nullius sint roboris nec vigoris, quin potius, si uncquam invenientur seu reperientur, cassari debent et debebunt, ac penitus annullari, quas exnunc et in evum cassamus et anullamus, tenore presencium mediante. Quod autem omnia et singula supradicta robur obtineant perpetue firmitatis ea per Nicolaum notarium publicum infrascriptum, scribam consistory nostri in hanc formam publicam redidgi fecimus et conscribi appensioneque sigillorum maiorum nostrorum iussimus communiri. Acta sunt hec sub anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo quinto, indiccione tercia, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providencia pape quinti anno ipsius septimo, die decima sexta mensis Marcy, hora meridiei vel quasi in stuba minori domus nostre episcopalis in Premislia, presentibus circumspectis ac providis viris dominis Iohanne doleatore, Iaschkone modernis consulibus ac Iohanne Staudener, Iohanne Wolgemut consulibus antiquis necnon Sigismundo pellifice Iacobo aurifabro et Petirlyno civibus et incolis civitatis Premisliensis, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

S. N.
Nicolaus Michaelis de Ladislauia

Et ego Nicolaus olym Michaelis Frawendinst de Ladislauia, presbiter Wratislauiensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia significacioni, consensui, quittacioni et absolucioni predictis alysque omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, unacum prenotatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi et de mandato speciali prefati reverendi in Christo patris et domini domini Ianussy, episcopi Premisliensis, in hanc formam publicam reddegi, manu propria conscribens, signo et nomine meis solitis et consuetis consignando sigillorumque maiorum

dicti domini Ianussy ac dominorum de capitulo Premisliensi predictorum appensione communivi in fidem et testimonium omnium premissorum.

Pergaminowy oryginał w arch. miasta Lwowa nr. CXVIII. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, z tych druga oderwana, pierwsza biskupa Janusza przedstawia na czerwonym wosku wyciśnięte dzisiaj już zatarte znamiona, pod niemi tarcz z herbem Doliwą i niewyraźnym w otoku napisem.

LXXIII.

We Lwowie 9. Października 1425 r.

Burmistrz, rajcy, ławnicy, naczelnicy cechów i całe miasto Lwów przyrzekają wierność Władysławowi Jagielle, po jego śmierci synowi jego Władysławowi, a po śmierci tegoż królewnie Jadwidze, oraz królowéj Zofii i W. ks. Witoldowi, jako opiekunowi w nieletności królewicza Władysława.

Nos Ianussius Tholmacz prothoconsul, Petrus pellifex, Clemens Czedlicz, Andreas Clopper, Augustinus Gemelich, Nicolaus Scheler, Georgius Gobil, Iohannes Trautfrewlin, Andreas pistor, Georgius Crebil, Nicolaus Gutler, Erasmus Cloze Schultis, Nicolaus sculteti, Franciscus Rymer, Nicolaus Czornberg, Nicolaus Fredrici, Nicolaus Geylink, moderni et antiqui consules; Martinus Zinreich, Iohannes pistor, Petrus Czauser, Iohannes Schrope, Nicolaus Breitschuch, Albertus Gultberg, Mathias Czedlicz, Iohannes de Snatin, Bartholomeus Hayner, Bernhardus Scheler, Nicolaus arcufex, scabini; Iohannes institor, Gregorius Augustini, institores; Vincencius, Martinus, carnifices; Marcus, Iohannes Iudentoter, pistores; Nicolaus Zmudzilatha, Iodocus, fabri; Petrus Ruthenus, Iohannes Heilesborg, sutores; Stanislaus, Iohannes, sartores; Hanusko, Nicolaus Samborar, corigiatores et sellatores; Nicolaus Heyder, Cristel, brazeatores; Nicolaus, Adam, Petrus, Leo, cerdones; Petrus de Sambor, Nicolaus Cormer, pellifices, magistri mechanicorum, totaque communitas civitatis Leopoliensis: Recognoscimus tenore presencium quibus expedit universis, quod Serenissimo principi et domino domino Wladislao dei gracia Regi Polonie etc., domino nostro graciosissimo, quamdiu vitam duxerit in humanis, post obitum vero ipsius Inclito filio suo Wladislao, tandemqne si eundem dominum Wladislaum filium ab hac luce decedere contingat, tunc preclare domine Hedwigi virgini non dum nupte,

cum tota nostra pollicia semper fideles esse volumus [1]), erimus et spondemus sine dolo et fraude, nec umquam aliquem vel aliquos preter ipsos dominos alios eligemus, quamdiu ipsis erit vita comes; Illustri vero domine Zophie, Regine Polonie, ac Magnifico domino Alexandro alias Witoldo, magno Duci Litwanie, tamquam tutoribus et durante tuicione fily predicti, obedientes fidelesque esse policemur, dolo, ingenio, colore, fraude et occasione quibuslibet procul motis. Harum vigore litterarum quibus sigilla nostra sunt appensa testimonio literarum. Datum in pretorio Leopoliensi feria tercia proxima post festum Sancti Francisci [2]), anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo quinto; per manus Vincency Arcium Baccalaury ac notary predicte civitatis Leopoliensis.

Oryginał na pergaminie w arch. miasta Lwowa nr. 120. Na paskach pergaminowych wisi jedenaście pieczęci, a dwie oderwane. Z tych 11 pierwsza znana pieczęć miejska bardzo pięknie zachowana; druga pieczęć ławników również piękna; trzecia rzeźników przedstawia łeb woli z wieżą pomiędzy rogami i napisem w otoku: *s. carnificu..e lemburg.*; czwarta kupców korzennych przedstawia wagę, między szalkami gwiazdę, u góry po obu stronach lilie z napisem w otoku: *†sigillum institorum*; piąta piekarzy przedstawia tarczę, a na niéj formę plecionego obwarzanka z napisem w otoku: *†S. pistorum lemburgensium*: szósta kuśnierzy, przedstawia tarczę z ukośną balką, na której trzy runa, z napisem w otoku: *† S. †. pellificum † lemburgensuim* (*sic*) †; siódma ze znamieniem nakształt kotwicy w środku i napisem w otoku, którego odczytać nie umiano; ósma piwowarów przedstawia tarczę, a na niéj trzy czopy końcami złączone z napisem w otoku: *† s. braseatorvm*; dziewiąta kowali przedstawia obcęgi, podkowę z krzyżem i kowadło z napisem w otoku: *† Sigillvm † fabrorvm*; dziesiąta, zdaje się, siodlarzy, bo ma w środku znamiona podobne do rzędu na konia, napisu w otoku nie umiano odczytać; jedenastéj i dwunastéj brakuje, trzynasta garbarzy, przedstawia człowieka zajętego wyciąganiem skór, z napisem w otoku: *sigillvm cerdonvm.*

Na odwrotnéj stronie pergaminu tą samą ręką napisano:

Huic littere data est similis littera omagialis Serenissimo Principi domino Wladislao Regi Polonie graciosissimo cum duobus sigillis videlicet consulum et scabinorum. Presens autem littera scripta est et confecta, quod de omagio per communitatem facto plena ac certa in futurum memoria habeatur.

Dokument ten był poprzednio już drukowany z niektóremi mylkami i z opuszczeniem opisu pieczęci w *Suppl. ad mon. Rus. hist. str.* 136. W tym samym zbiorze znajduje się także dokument z r. 1406 w niniejszym tomie pod nr. XII umieszczony.

---

[1]) Hołd na nowo tą razą Lwów składał ze względu na niedawno narodzonego Władysława, którego 20. Lutego tegoż roku w Krakowie ochrzczono.

[2]) To znaczy 9. Października, a nie 6., jak, niewiedzieć na jakiéj zasadzie rozwiązuje Rasp, Beitr. zur Gesch. d. Stadt Lemberg p. 47.

LXXIV.

W Medyce 4. Listopada 1425 r.

Władysław Jagiełło potwierdza, wpisując go dosłownie, przywilej dany Ormianinowi Atabe na łaźnię we Lwowie przez Spytka z Tarnowa, starostę ruskiego.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus in posterum pariat detrimenta, alta Regum et principum consilia decreverunt, ea literarum apicibus et testium annotacione perhennari, ne lapsu temporis evanescant. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie necnon Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Lithwanie Princeps, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis, presentibus et futuris presencium noticiam habituris: Quomodo nuper pro parte Athabe Armeni de Leopoli nobis oblata peticio continebat, quatenus sibi literam Spithkonis quondam Capitanei Russie et omnia in ipsa contenta de innata nobis Regie benignitatis clemencia ratificare, approbare, innovare et confirmare dignaremur. Cuius quidem littere tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Tu następuje dokument z r. 1424 oddrukowany powyżéj, Nr. LXV, a przedstawiający podane tam w przypisach odmianki. Następnie brzmi potwierdzenie:

Nos itaque peticionibus huiusmodi tamquam iustis et racioni consonis benigniter annuentes, prefatam litteram et ipsius contenta rata habentes atque grata, ratificamus, approbamus, innovamus, roboramus, ac presentis scripti patrocinio confirmamus, decernentes ipsa robur obtinere perpetue firmitatis. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Actum in Medica die dominico die (*sic*) proximo post festum omnium sanctorum Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quinto. Presentibus Reverendis in Christo patribus Iohanne Archiepiscopo Leopoliensis, Iohanne Episcopo Premisliensis Ecclesiarum, necnon Magnificis et Nobilibus viris Iacobo de Konyeczpole Pallatino Siradiensi, Cristino de Koszeglowy Castellano Sandocensi (*sic*), Petro Wlodkowycz Capitaneo Russie, Spithkone de Tharnow et Scheliga Succamerario Siradiensi ac Nicolao Iudice Sanocensi, alysque multis militibus et Baronibus nostris fidelibus dilectis. Datum per manus venerabilium Iohannis decani Cracouiensis Cancellary et Stanislai Czo-

lek custodis Gneznensis, cantoris Cracouiensis, Scolastici Sandomiriensis, Vicecancellary Regni Polonie, nobis sincere dilectorum. Sine tamen preiudicio civitatis nostre Leopoliensis, quod sibi volumus conservare.

Ad relacionem eiusdem venerabilis Stanislai Czolek Custodis Gneznensis, Regni Polonie Vicecancellary.

Oryginał na pergaminie w archiwum miasta Lwowa nr. 112. Na jedwabnym sznurze koloru zielonego i niebieskiego zawieszona pieczęć większa królewska, taka jak w statucie Działyńskiego Tab. IV, 2.

LXXV.

Zamech 6. Listopada 1425 r.

Władysław Jagiełło uwalnia Lwowian od opłaty ceł w obrębie całego królestwa polskiego.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Litwanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo cupientes civitatis nostre Leopoliensis in terra Russie condicionem facere meliorem, ut tempore felicis nostri regiminis felicia recipiat incrementa ad instantes peticiones civium civitatis predicte, qui nobis multipliciter placere meruerunt, hanc eisdem civibus, mercatoribus et incolis predicte civitatis graciam concessimus et concedimus per presentes, quod a data presentis usque ad beneplacitum nostrum et tamdiu quousque iterum eandem graciam nostram literis revocabimus nostris patentibus, nullibi in regno nostro Polonie de theoloneis (*sic*) aliquibus respondeant et respondere teneantur. Ideo vobis omnibus et singulis Capitaneis, Burgrabys, Procuratoribus, Woywodis, Theoloneatoribus, civibus et quibuslibet nostris officialibus damus firmis nostris regalibus in mandatis, omnino habere volentes, quatinus cives, mercatores et incolas dicte civitatis nostre circa hanc, quam ipsis graciam et libertatem concessimus, conservare debeatis, ab ipsis nulla theolonea in regno nostro ubicumque et terris Russie in eundo, stando, negociando et redeundo ab omnibus rebus, mercancys et bobus exigere presumatis nec exigi permittatis, gracie nostre sub optentu (*sic*). Si autem ausu temerario contra hanc libertatem nostram ad presens dictis civibus per Maiestatem nostram factam et concessam aliquid attemptaverit seu attemptare presumpserit, noverit se indignacionem nostram

incursurum; sed omnia illa, que dicti cives et mercatores predicte civitatis Leopoliensis nostre in eisdem theoloneis deberent exponere simul recolligentes in pretorio civitatis eiusdem reponent ad servandum et post pro muris et fortificacione civitatis illam summam, quam colligent, exponent et exponere tenebuntur ex integro. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum in Zamech [1]) feria tercia proxima ante festum sancti Martini confessoris. Anno domini M°CCCC°XX quinto.

Ad relacionem Wenerabilis Stanislai Custodis Gneznensis etc., Vicecancellary Regni Polonie per Reverendum in Christo patrem dominum Iohannem Leopoliensem Archiepiscopum.

Podług kopii współczesnej w kopiariuszu arch. m. Lwowa III, A. 223. str. 39.

LXXVI.

Zamech 6. Listopada 1425 r.

Władysław Jagiełło uwalnia mieszczan lwowskich od dostarczania podwód.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lythwanieque Princeps suppremus et heres Russye etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quomodo cupientes civitatis nostre Leopoliensis condicionem facere meliorem, ut sub felici nostro regimine felicia recipiat incrementa, civibus et incolis civitatis predicte hanc graciam concessimus et concedimus per presentes, quod a ministracione equorum subiugalium seu podwodorum exempti debent esse et soluti, nec ad dandum equos aliquos astringi et compelli, excepto quod in presencia nostri et tempore stacionis, coquinam nostram et Serenissime Domine Regine conducere teneantur more antiquitus observato; et [2]) ad hoc pro alys nostris necessitatibus, in nostra dunptaxat presencia, duodecim equos et non plures ad nostrarum peccuniarum racionem ministrare teneantur et sint astricti: Quare vobis Capitaneis Burgrabys, Woewodis et Officialibus quibuslibet pro tempore existentibus ferimus, damus

---

[1]) Coby nazwa ta oznaczała, z zupełną pewnością nie da się oznaczyć. Początkowo sądziłem, że ma ona oznaczać po prostu zamek lwowski, że więc Władysław dokument ten we Lwowie wystawił. Zdaje się jednak, że trafny będzie domysł ks. kanonika Pietruszewicza, iż ten Zamech oznacza dzisiejszą wieś Zamiechów leżącą o półtory mili na północ od Przemyśla, a więc w pobliżu Medyki. Mógł się tam król podczas łowów udać i tak ten, jak następny dokument, z miejsca tego datować.

[2]) W oryginale pierwotnie napisano tu *super*, co zaraz przemazano.

nostris regalibus in mandatis, habere volentes, quatenus cives et incolas civitatis predicte ad dandum equos huiusmodi minime debeatis astringere, aut eos ab ipsis exigere, stacionibus nostris et equis duodecim. ut prefertur, demptis et exceptis. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Zamech [1]) feria tercia proxima ante festum Sancti Martini Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quinto.

Relacio venerabilis Stanislai Czolek Cantoris Cracoviensis, Regni Polonie Vicecancellary, per Reverendum patrem dominum Iohannem Archiepiscopum Leopoliensem.

Oryginał na pergaminie w archiwum miejskiem Lwowskiem nr. 121. Pieczęć oderwana.

LXXVII.

We Lwowie 1. (?) Grudnia 1425 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają, że dali Pawłowi Goldbergowi łany na obszarach miejskich w celu założenia osady, oznaczając bliżéj stosunek téjże do miasta, a rajcy tegoż miasta z r. 1486 potwierdzają to nadanie na dniu 24. Lipca.

Nos consules civitatis Lemburgensis Iohannes Tholmacz, protunc magister civium, Petrus pellifex, Clemens Czedlicz, Andreas Clopper, Augustinus Gemelich, Nicolaus Scheler nec non consules antiqui consily Georgius Gobil, Franciscus Rymer, Iohannes Trautfreulen, Andreas pistor, Georgius Crebil, Nicolaus sculteti, Nicolaus Gutler, Cloze Scultetus, Erasmus Nicolaus Geilink, Nicolaus Fredrici et Nicolaus Czornberg, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris: quomodo vigore et secundum tenorem privilegy super excrescenc s Serenissimi Principis domini Wladislai Regis Polonie, domini nostri graciosissimi, assignatis civitati predicte Lemburgensi, volentes, ut eadem civitas commodis uberioribus et proventibus habundet, quod inde in reparacione et structuris decencius decoretur et facultates eius bonumque reipublice eo quidem felicius augeatur, excresciencias et residuitates laneorum, vulgariter abschari dictas, ad ipsam civitatem Lemburgensem spectantes, decrevimus extirpandas et colonos seu agricultores

[1]) Porównaj notę dodaną do poprzedniego (nr. LXXV) dokumentu.

ibidem in agris collocandos, que incipiunt a granicys ville Zubrza, excepto ibidem prato, et procedendo ab inde circa fines laneorum ville Sokolniki usque ad limites ville Xnelow [1]); et quia circumspectus vir Paulus Goltberg concivis noster dilectus de collocacione agrorum predictorum seu excrescenciarium se intr(*omisit*) de nostra ac tocius communitatis voluntate, promittens huiusmodi excrescencias extirpare, colonos et agricultores in eisdem locare, omniaque et singula facere, que circa talem locacionem fuerint [2]), horum intuitu prefato Paulo Goltperk, eius heredibus et successoribus legittimis duos mansos liberos ibidem et sextum denarium de censibus laneorum damus, conferimus et donamus donacione inviolabili, cum omnibus eorumdem duorum mansorum utilitatibus, proventibus, usibus, reditibus, piscinis, molendinis, aquis, rivulis, stagnis, paludibus et obvencionibus universis tenendos, habendos, utifruendos, commutandos, obligandos et in usus beneplacitos convertendos ac vendendos cum nostra tamen et successorum nostrorum voluntate et consensu necnon perpetue per ipsum Paulum, heredes suos et legittimos successores possidendos. Item medium mansum liberum pro pellendis gregibus ibidem iugitur deputamus. Ut autem eo cicius, commodius et facilius supradicte excrescencie per iam dictos colonos et incolas valeant collocari, omnibus agricultoribus ibidem ab omnibus et singulis solucionibus atque censibus infra sedecim annorum spacium a data presencium continue computandorum, plenam concedimus libertatem; Qua elapsa coloni sive incole de quolibet manso solubili unam marcam ponderis polonicalis et unum truncum avene pro censu in festo beati Martini singulis annis nobis et nostris successoribus pro reparacione ac municione civitatis predicte Lemburgensis solvere tenebuntur. Insuper incole, coloni et agricultores in eisdem excrescencys residentes in huiusmodi iuribus et libertatibus residere debent, sicuti ceteri incole laneos sub civitate habentes, iuribus tamen privilegy regalis necnon civitatis in omnibus semper salvis. Volumus itaque, quod iudicium in dictis excrescencys cum singulis eius proventibus necnon penis et emendis racione excessuum tolli consuetis, ad iurisdiccionem civitatis predicte debeat pertinere. Ceterumque unum fundum proprie inferius curiam predicti Pauli situatum pro piscina sibi et suis successoribus facienda perpetue appropriamus ac libere deputamus. Unde racione huiusmodi donationis predictus Paulus Goltberk et sui successores omnes incolas ibidem racione excessuum et aliarum causarum iudiciariarum caucione fideiussoria asstringere debent usque ad presenciam advocati et iudicy civitatis Lemburgensis, ubi tunc cause et excessus predictorum incolarum decidi debebunt ac finaliter iudicari. In casu tamen, si idem Paulus aut eius posteri non essent

[1]) Na tém miejscu stanęła wieś, dzis Kulparkowem zwana. Sokolniki, Skniłów, wsie w powiecie lwowskim.

[2]) Tu zdaje się, brakuje *necessaria*.

apti ad huiusmodi officium, tunc nos et successores nostri consules, alium virum ydoneum et valentem eligere poterimus, qui homines ibidem, ut prefertur, asstringet fideiussoria caucione et hoc nostro debebit stare arbitrio ac eciam voluntate. Harum quibus sigillum civitatis predicte Lemburgensis est appensum. Datum Lemburge feria secunda in crastino sancti Andree [1]) anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo quinto.

Pergaminowy oryginał w arch. miasta Lwowa nr. CXXIII. Na pasku pergaminowym zawieszona była pieczęć, dzisiaj oderwana. Oblatowany *feria quarta in vigilia Festi Purificationis Beatae Mariae Virginis* (1. Lutego) *Anno* 1612 w aktach grodzkich lwowskich.

Dokument ten był potwierdzony przez rajców lwowskich w r. 1486 w dniu 24. Lipca. Potwierdzenie to brzmi jak następuje:

Nos Consules civitatis Leopoliensis Hilarius Proconsul, Petrus Tyczka, Petrus Linder, Nicolaus Zagorowski, Ioannes Walach et Raich Iorge residentes, ac Stanislaus Clopar, Lucas Lindne, Bartholomeus Hannel, Nicolaus Dompssler, Martinus Wassershroth et Nicolaus Arnesti antiqui significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris: quomodo constitutus personaliter coram nobis famosus Ioannes Wayss, concivis et scabinus noster, producta coram nobis litera infrascripta super scolteciam in Goltberge iurisdicionis nostrae per praedecessores nostros olim Paulo Golteberge cum ipsius successoribus perpetue datis et concessis, quae scoltecia ad ipsum Ioannem legitimo fori titulo interveniente, ab eiusdem haeredibus iuste devenit, et ad eundem pertinet pleno iure. Petivit easdem propter earum vetustatem et ex casu in medio scripturae pargameni destructionis, salvam tamen in omnibus, et vicio carentem cum appensione sigilli civitatis, per nos sibi innovari, ratificari et approbari; eius sequitur tenor in haec verba.

Tutaj następuje powyżéj oddrukowany dokument z r. 1425. Potem brzmi potwierdzenie daléj:

Nos tandem instantibus peticionibus prenominati Ioannis Wayss alias Waysshanss permoti tamquam iustis praedictam antecessorum nostrorum donacionem (confirmamus ac innovamus [2]) roboravimus et confirmavimus, ac innovamus, roboramus et confirmamus tenore presencium mediante, decernentes eas robur habere perpetue firmitatis. In cuius rei testimonium sigillum civitatis praedictae nostri officii presentibus est subappensum. Datum Leopoli feria secunda in vigilia beati Iacobi Apostoli (*24. Lipca*) anno domini millesimo quadringentesimo octoagesimo (*sic*) sexto.

Kopia pergaminowa w arch. miasta Lwowa nr. CXXIII., pisana ręką z wieku XVII.

---

[1]) Św. Andrzeja obchodzi kościół dnia 30. Listopada, *in crastino* przypadałoby zatem na 1. Grudnia, dzień ten jednak był w r. 1425. Sobotą a nie Poniedziałkiem.

[2]) Wyrazy w nawiasie niepotrzebnie umieszczone.

LXXVIII.

W Starym Sączu 24. Stycznia 1430 r.

Wójt i ławnicy starosądeccy poświadczają rezygnacyę przed ich sądem części gruntu i ogrodu w Starym Sączu przez Elżbietę wdowę po Marcinie ze Starego Sącza na rzecz Franciszkanów w Krakowie.

Nos Mathias Bul Advocatus, unacum Thoma Nyctopirz, Stanislao Kloczek, Martino Czoskiglowa, Stanislao Zaczekacz, Alberto Scrodzinsky, Nicolao Wyechtek, Petro Misleczsky, Scabinis Iuratis, recognoscimus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris: quia cum iudicium bannitum feria tercia post festum sancte Agnetis celebrabatur, veniens Elizabeth relicta Martini olim balneatoris de Antiqua Sandecz, de consensu et voluntate Petri fily sui, Margarethe, Dorothee ac Anne filiarum suarum, coram iudicio personaliter stancium, per Nicolaum dictum Zachnicz, procuratorem suum, cum plena et omnimoda potestate per ipsas et ipsum legittime constitutum resignavit et resignaverunt mediam quartam agri agris Kuligonis ex una et Iohannis Kokorzeconis parte ex altera contigui in Antiqua Sandecz, et ortum orto Iacobi dicti Surmam contiguum Reverendo patri domino Iohanni, Ministro Bohemie et Polonie provincie, necnon Wenerabilis (*sic*) viris dominis Custodi, Gardiano et fratribus Conventus Cenoby sancti Francisci de Cracovia ita late longeque, prout in suis limitibus sunt distincta et limitata, ad manus Petri Barthconis de Antiqua Sandecz perpetualiter tenenda, habenda, vendenda, possidenda, utyfruenda, comutanda, pro sua et ipsorum beneplacita voluntate commitenda. Ita quod eadem Elizabeth non reliquit aliquod ius pro suis pueris, filys et filiabus presentibus vel absentibus in agro et orto supradictis, sed totum ius eorundem agri et orti in prefatos dominos ministrum et fratres conventus supradicti committit. Hoc adiecto, quod eadem Elizabeth predicto orto uti debet ad tempora vite sue dumtaxat. Actum et datum in Antiqua Sandecz, feria tercia proxima post festum sancte Agnetis anno domini millesimo CCCC° tricesimo, nostro sigillo subappenso.

Oryginał na pergaminie w posiadaniu miasta Starego Sącza. Pieczęć oderwana.

LXXIX.

W Sandomierzu 10. Marca 1430 r.

Władysław Jagiełło nadaje Arcybiskupstwu Lwowskiemu wszelkie prawa i wolności, jakie posiada kościół gnieźnieński.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei Memoriam. Cum inter humane nature comoda nichil dignius memoria habeatur, opportunum existit, ut actus hominum literarum appicibus [1]) et annotacione testium perhennentur, ne lapsu temporis [2]) evanescant. Proinde Nos Wladislaus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie Litwanieque princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: Altitudinis celestis immensa [3]) Maiestas sicut Nos licet immeritos ad apicem Regie dignitatis [4]), sua dignata est clemencia promovere, quamquam eidem ad invictissimas eciam graciarum vices aliqualiter rependendas, nostra non sufficit fragilitatis humanitas, gratum tamen Nos speramus eidem exhibere servicium, dum ministris ipsius diu [5]) noctuque in suis laudibus devocius excubantibus nostri favoris et gracie dexteram innata liberalitate porrigimus et de ipsorum congruo statu in hys presertim, que divinum concernunt officium providemus, ut exuti curis temperalibus (*sic*) et necessitatis [6]) adiuti compendys, eo libencius in eisdem [7]) laudum exennys (*sic*) sollicicius peragendis se videantur exercere. Itaque speciali zelo devocionis accensi, considerantes, Ecclesiam Metropolitanam Leopoliensem Archipresulem et Ministros ipsius [8]) inter Scissmaticos [9]) positos multis defectibus et penurys fore gravatam et oppressam [10]) volentesque eam cum eodem Archipresule [11]) et Ministris ipsius in presenti et in futuro nostris et successorum nostrorum prosequi favoribus et libertatis gracia consolari speciali, ut nostris suffulti munificencys, pro salute status nostri Inclitorumque [12]) Filiorum nostrorum carissimorum Wladislai et Kazimiri necnon tranquillo et prospero successu Regni, Creatoris nostri clemenciam eo attencius valeant exorare, ipsam Ecclesiam Leopoliensem cum ipsius Archipresule et Ministris necnon [13]) cum omnibus et singulis [14]) bonis hereditarys, posses-

W drugim egzemplarzu tego nadania znajdują się następujące odmianki: [1]) apicibus. [2]) temporum. [3]) inmensa. [4]) maiestatis. [5]) die. [6]) necessitatisque. [7]) huiusmodi. [8]) Ecclesiam Metropolitanam ac ipsius presulem et Ministros Leopolienses. [9]) Scismaticos. [10]) zamiast wyrazów od *et penurys* do *opressam:* aggravare. [11]) suo presule. [12]) et inclitorum. [13]) Wyrazy od *cum ipsius* do *necnon* opuszczone. [14]) tu dodano: ipsius.

sionibus, civitatibus, opidis atque villis, hominibusque [15]) censuarys, reddituaris subditis et vasallis quecumque dicta Ecclesia Leopoliensis a predecessoribus nostris ab antiquo optinet (*sic*) a nobisque sive successoribus nostris ac alys quibusvis personis ubilibet in regno nostro et specialiter in [16]) terris nostris [17]) Russie optinebit (*sic*) possidetque in presenti et in futurum successu felici temporum possidebit quoquomodo et acquiret, ab omnibus et singulis nostriset quorumcumque officialium nostrorum sive dignitariorum stacionibus [18]), contribucionibus pecuniarum et avenarum, exaccionibus poddimczissna [19]) dictis et quibuslibet solucionibus dacionibusque foralibusque conswetis [20]) necnon laboribus [21]), vecturis, podwodis, angarys, preangaris, iniurys [22]) gravaminibus, molestys et [23]) offensis eximimus [24]) perpetue et [25]) libertamus alysque iuribus, libertatibus, privilegys [26]) et gracys utputa circa limitaciones bonorum, quibus Ecclesia Metropolitana Gneznensis potitur et letatur, eamdem Ecclesiam Leopoliensem, Archipresulem [27]), et Ministros ipsius, quecumque ipsorum comodum videbuntur concernere, concedimus perpetue [28]) utifrui et gaudere, mandantes seriose omnibus officialibus nostris et subditis ubilibet in Regno nostro et terris Russie [29]) constitutis, qui presentibus fueritis requisiti, quatenus prefatam Ecclesiam Leopoliensem, Archipresulem et Ministros ipsius [30]), circa hanc quam ipsis concessimus in omnibus punctis, sentencys, condicionibus, articulis [31]) et clausulis conservare debeatis perpetuam [32]) libertatem. Harum quibus Sigillum Maiestatis nostre [33]) est appensum testimonio literarum. Actum Sandomirie feria sexta proxima ante dominicam Reminiscere anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo, presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Sbigneo Cracoviensis et [34]) Iohanne Wladislaviensis, Regni Polonie Cancellario, Ecclesiarum Episcopis, Magnificis [35]) et Nobilibus Iohanne de Tharnow Cracoviensi, Sandywogio de Ostrorog Poznaniensi Palatinis, Michaele de Czyzow [36]) Sandomiriensi, Iohanne de Ossolyn Radomiensi, Domarat [37]) de Cobilani [38]) Biecensi et Paschcone Zlodzei [39]) Zavichostensi Castellanis multisque alys fidedignis. Datum per manus prenominati Reverendi domini Iohannis Episcopi Wladislaviensis [40]) et Cancellary et Venerabilis Wladislai de Oporow decretorum doctoris, Prepositi Sancti Floriani ante Cracoviam [41]) Regni [42]) Polonie Vicecancellary, sincere nobis dilectorum [43]).

---

[15]) necnon hominibus. [16]) Wyraz *in* opuszczony. [17]) Wyraz *nostris* opuszczony. [18]) Stacionum. [19]) poddimczisna. [20]) zamiast: *foralibusque conswetis* jest *solitis et inconsuetis.* [21]) Theoloneys. [22]) laboribus. [23]) vel. [24]) excipimus et. [25]) *et* opuszczono. [26]) privilegys, libertatibus. [27]) presulem. [28]) Wyraz: *perpetue* opuszczono. [29]) Wyrazy: od *in* do *Russie* opuszczono. [30]) presulemque ipsius et Ministros. [31]) Wyraz: *articulis* opuszczono. [32]) Wyraz: *perpetuam* opuszczono. [33]) Zamiast: *Maiestatis nostre* stoi *nostrum.* [34]) Wyraz: *et* opuszczony. [35]) Magnificisque. [36]) Czyszow. [37]) Domarath. [38]) Cobiliani. [39]) zlodzey. [40]) Wyraz: *Wladislaviensis* opuszczono. [41]) extra Muros Cracovienses. [42]) eiusdem Regni. [43]) podpisano: Ad relacionem predicti domini Iohannis Episcopi Wladislaviensis et Regni Polonie Cancellary.

Oryginał na pergaminie w Arch. kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. VI. Nr. 1). Na sznurach jedwabnych koloru amarantowego, czarnego i białego zawieszona pieczęć majestatyczna, bardzo uszkodzona (cały wierzch zdarty). Na zagiętce pergaminu po lewéj ręce ręką nieco późniejszą napisano: *Regestrata;* po prawéj stronie: *lectum per Albertum de Zichlin Regni Polonie Vicecancellarium in Leopoli anno domini millesimo CCCC° sexagesimo nono.*

Na odwrotnéj stronie pergaminu najdawniejszy napis:

Privilegium libertacionis Ecclesie Leopoliensis etc.

Ten sam dokument exystuje w drugim egzemplarzu w arch. kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. VI. Nr. 4). Na sznurze jedwabnym koloru amarantowego i niebieskiego zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta pieczęć królewska większa, taka jak u Stronczyńskiego: Wzory pism dawnych Nr. 47. Na odwrotnéj stronie pergaminu następujące dawniejsze napisy:

Inductum in Acta Castrensia Leopoliensia.

Ad Capitulum Leopoliense scrinio reponantur, habet alteras similes archiepiscopus.

Super libertate Ecclesie Leopoliensis a podwodis, stacionibus et fumalibus et limitacione.

Ponieważ egzemplarz ten w głównéj treści zgodny jest z poprzednio wydrukowanym, podano więc tylko z niego odmianki poniżéj textu.

LXXX.

W Krakowie 21. Marca 1431 r.

Władysław Jagiełło nadaje kościołowi parafialnemu w Sanoku w zamian za pewne dochody z żup sanockich dochody z żup przemyskich.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam, cum inter humane nature comoda nichil dignius memoria habeatur, opportunum existit, ut actus hominum litterarum apicibus et testium annotacione perhennentur, ne lapsu temporis evanescant, proinde nos Wladislaus Dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Lythwanieque princeps supremus, Pomeranie, Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium [1]) quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: Quod quamvis ecclesia parochialis sancti Michaelis archangeli in Sanok, civitate nostra, certis sallarys in zuppis nostris sanocensibus et alys proventibus dotata existit et privilegiata, de quibus gaudere perpetuo debuisset, tamen ex certis causis animum nostrum moventibus, ymmo profectum et comodum tocius terre sa-

---

[1]) Tutaj pisarz powtórzył dwa razy wyraz: *presencium.*

nocensis tangentibus, dictas zuppas nostras sanocenses exstinguere, suffocare et anichilare comisimus. Ne igitur cultus divinus in dicta ecclesia parochiali sancti Michaelis in Sanok per hoc minui et ecclesia predicta in proventibus et sallarys, alias per nos in dictis zuppis sanocensibus deputatis, decrescere videatur, ipsam ecclesiam parochialem sancti Michaelis predictam in Sanok, accensi zelo devocionis eisdem sallarys, videlicet sex grossis monete comunis et uno coreto salis minuti in zuppis nostris premisliensibus premiare cupientes, ut ministri ipsius divino cultui insistentes sustentari valeant et pro nostra salute ac prospero successu regni creatoris nostri clemenciam eo attencius exorare prenominate ecclesie in Sanok, civitate nostra, et ipsius rectori, pro tempore existenti, sex grossos monete comunis sallary antiqui cum uno coreto salis minuti predictis in zuppis nostris premisliensibus, transponentes de zuppis sanocensibus, per zupparios nostros premislienses de eisdem in qualibet septimana singulis annis respondendo perpetuis temporibus damus, donamus, inscribimus et deputamus per ipsam ecclesiam et ipsius rectores tenendos, habendos, utifruendos, percipiendos et pacifice perpetuo possidendos, mandantes omnibus dicti salis premisliensis zupparys, pro tempore existentibus, quatinus prefate ecclesie rectori et ipsius successoribus sex grossis monete comunis de predictis et uno coreto salis minuti singulis septimanis debeatis [1]) respondere sine contradictione et negligencia aliquali; harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum Cracouie feria quarta, proxima post dominicam Iudica, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo, presentibus reverendis in Christo patribus Alberto, archiepiscopo gneznensi et primate, Sbigneo cracouiensi, Iohanne wladislauiensi episcopis, magnificisque et strenuis Nicolao de Michalow castellano, Iohanne de Tharnow palatino cracouiensibus, et Petro Schaffranecz sandomiriensi palatino multisque alys fide dignis fidelibusque nostris dilectis. Datum per manus eiusdem reverendi in Christo patris Iohannis episcopi wladislauiensis, regni Polonie cancellary, necnon venerabilis Wladislai de Opporow, decretorum doctoris, eiusdem regni Polonie vicecancellary, sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem eiusdem reverendi in Christo
patris domini Iohannis episcopi wladislauiensis.

Pergaminowy oryginał dobrze zachowany jest własnością p. Antoniego Schneidera. Pieczęć oderwana, pozostał tylko rozstrzępiony, wypełznięty sznurek jedwabny, kolorów białego, czerwonego i czarnego.

---

[1]) Tutaj znów pisarz przez omyłkę powtórzył dwa razy wyraz: *debeatis*.

LXXXI.

W Sieradzu 22. Sierpnia 1433 r.

Władysław Jagiełło daje Domaratowi w posiadanie wieś Szarawkę na Podolu w 50 grzywnach, aż do czasu spłacenia mu téjże summy.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithuanieque princeps supremus et heres Russie etc. significamus tenore presencium quibus expedit universis, quomodo attentis et visis fidelibus serviciys Nobilis Domarath, quibus nobis placere meruit et in futurum, ducta fide et constancia, prestancius poterit complacere, horum et aliorum meritorum intuitu, volentes ipsum prosequi gracia et favore, sibi quinquaginta marcas monete et numeri polonicalium quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando in villa nostra Szarawka, in terra Podolie et districtu Smotricensi sitta, et ipsius attinenciys alias sprzisatky, si et in quantum per prius alteri non inscripsimus, damus, donamus, inscribimus et largimur tenore presencium graciose, tenendum, habendum, utifruendum, pacifice et quiete possidendum, quousque sibi aut suis legitimis successoribus per nos aut successores nostros dicte quinquaginta marce ad plenum fuerint persolute; quibus exolutis dicte ville et ipsius attinenciarum possessio ad nos et nostros successores revertetur pleno iure; hoc tamen adiecto specialiter et expresso, quod in terris Podolie residenciam faciat personalem, ipsarumque defensioni toto posse intendat; stacionibus et iuribus nostris Regalibus in omnibus semper salvis; harum, quibus sigillum nostrum appensum est, testimonio literarum. Datum in Siradia sabatho in octava Assumpcionis Marie anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo tercio.

Ad relacionem venerabilis Vladislai Regni
Polonie Vicecancellary.

Przywilej ten został potwierdzony przez Zygmunta I. w Krakowie *feria sexta ante Dominicam oculi* (5. Marca) 1507 roku. Oryginał potwierdzenia, opatrzony własnoręcznym podpisem kanclerza Jana Łaskiego, na pergaminie w Zakładzie nar. im. Ossolińskich, Nr. 40; pieczęć oderwana.

LXXXII.

W Bazyleji 4. (?) Sierpnia 1441 r.

Sobór Bazylejski nadaje Arcybiskupowi Lwowskiemu Janowi przywileje duchowne.

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, Venerabili Iohanni Archiepiscopo Leopoliensi salutem et omnipotentis Dei benedictionem. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et uuiversalem gerere comprobaris ecclesiam, non indigne promeretur, ut que alys nostre sacre congregationi suppositis ad eorum salutem animarum per nos concessa noscuntur, etiam tibi favorabiliter concedamus. Dudum siquidem inter cetera omnibus et singulis, qui tunc huic sancte Synodo incorporati residebant presentialiter in eadem, et inantea per sex menses resederant, ac nobiscum per huiusmodi menses laboraverant, huiusmodi ipsorum sanctos labores et merita condignis salutarium retributionum impendys compensare cupientes, litteras nostras concessimus in hec verba:

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans. Ad futuram rei memoriam. Benigna universalis ecclesie providentia thesauros spiritualium gratiarum a Christo sibi commissos laborantibus in vinea domini merito dispensare curat, quo magis labores et solicita studia in prosecutionem salutis animarum et boni publici Christiane religionis ac exaltacionis fidei catholice conferant, ut sic fructuosis eorum operibus digna rependantur premia et ad uberiora meritorum incrementa ferventius excitentur. Virtuosum igitur et laudabilem zelum suppositorum huius sancte Synodi fidelia obsequia ipsi ecclesie Christi in suis necessitatibus et adversitatibus exhibentium, et pro inchoatis sanctis operibus communem Christianorum utilitatem concernentibus assidue laborantium attenta consideratione pensantes et laboribus eorum digna salutarium retributionum munera elargiri cupientes, ut omnes et singuli, qui huic sancte Synodo incorporati resident presentialiter in eadem et antea per sex menses resederunt ac etiam qui hinc usque ad festum Assumptionis Virginis Marie eidem sancte Synodo incorporati fuerint, postquam per totidem menses in eadem resederint, necnon et illi qui in nostris et ipsius ecclesie negotys extra locum huius sacri Concily per nos missi sunt, ac, ut prefertur, nobiscum per totidem menses laborarunt vel laborabunt cuiuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, etiam si Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali. Episcopali aut Abbatiali preemineant dignitate singulos confessores ydoneos,

seculares vel regulares presbyteros eligere, qui totiens quotiens oportunum fuerit ipsorum singulorum confessionibus diligenter auditis ipsis singulis in sinceritate fidei, unitate, obedientia et devotione sancte universalis et Romane ecclesie atque nostra et summi pontificis pro tempore legitimam administrationem papatus habentis persistentibus pro peccatis et censuris, a iure, constitutione universalis Concily vel apostolica aut alia qualibet vel ab homine generaliter promulgatis omnibus debitam absolutionem impendere atque iniungere valeant penitentiam salutarem, nisi forsitan talia fuerint, propter que sedes apostolica fuerit merito consulenda necnon etiam vota peregrinationis, abstinentie et similia per eos omissa, exceptis tamen votis peregrinationis Romane, Iherosolimitane et sancti Iacobi in Compostella, in alia pietatis opera commutare. Quodque preterea predicti et aly similes confessores per eorundem incorporatorum et incorporandorum singulos semel in vita et semel in mortis articulo ipsorum singulorum similibus confessionibus auditis eis singulis, preter quam in homicidy voluntary casu, alias pro peccatis omnibus etiam, si talia forent, propter que sedes ipsa merito consulenda existeret auctoritate universalis ecclesie et nostra debite absolutionis beneficium impendere ac penitentiam salutarem iniungere plenariam remissionem omnium peccatorum suorum concedendo ipsosque et ipsorum quemlibet a quibusvis excomunicationum, suspensionum et interdicti sentencys alysque ecclesiasticis censuris et penis e iure vel ab homine generaliter etiam per legatorum vel subdelegatorum sedis predicte aut conciliorum universalium vel apostolice sedis aut provintiales vel quaslibet synodales constitutiones sive iuxta regularia quorumlibet ordinum instituta incurrisse quomodolibet censebuntur, etiam si propterea ad sedem ipsam, vel alium quemcunque specialis habendus foret recursus, si id humiliter petierint, iniunctis eis pro modo culpe simili penitentia nec non alys, que fuerint iniungenda auctoritate predicta, etiam absque cuiusvis alterius super hoc requisita licentia absolvere, atque etiam semel, ut premittitur, in vita quecunque vota peregrinationis, abstinentie et similia in alia pietatis opera commutare, etiam si talia sint, propter que merito foret sedes apostolica consulenda, et cum eis ac eorum quolibet super irregularitate, si qua huiusmodi sententys aut eorum aliqua ligati missas et alia divina officia non tamen in contemptum clavium celebrando vel se illis immiscendo vel alias qualitercunque preterquam in bigamia vel homicidio voluntario contraxerint abolendo, etiam omnem inhabilitatis, irregularitatis et infamie maculam sive notam per ipsorum quemlibet premissorum occasione contractam, eadem auctoritate dispensare ipsosque et ipsorum quemlibet ad quascunque dignitates etiam Cardinalatus, Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales et alias quascunque et personatus administraciones officia et beneficia quecunque ecclesiastica, etiam curam animarum habentia, que indebite aut minus canonice alias tamen collorato titulo, etiam si per symonie labem non tamen per violentiam aut pretextu litterarum et instrumentorum falso fabricatorum adepti sunt et possident, ipsis tamen dignitatibus officys et beneficys,

in quorum adeptione labes symonie intervenerit, prius in manibus predictorum confessorum libere resignatis, rehabilitare illaque eis post rehabilitacionem huiusmodi de novo absque alieni iuris preiudicio conferre, et de illis providere, et alias desuper ipsorum statui et indempnitatibus consulere, etiam ad alias quascunque, ut premittitur, dignitates et benefitia illis canonice conferendas aut conferenda rehabilitando, et in omnibus et per omnia libere et licite possint et valeant, prout Romanus pontifex, pro tempore in legitima administratione papatus constitutus, quomodolibet facere posset. Ita tamen quod ipsorum singuli de fructibus per eos ex dignitatibus, personatibus, administrationibus et officys ac benefitys huiusmodi indebite perceptis, aliqualem portionem pro fabricis aut ornamentis ecclesiarum seu alys pys usibus iuxta voluntatem et discretionem confessorum predictorum exponere debeant, ac etiam teneantur et quibusquidem absolutionibus, abolitionibus, dispensationibus et provisionibus etiam in iudicio, et extra, ubi opus fuerit, stari volumus personis incorporatis et incorporandis predictis auctoritate ipsius universalis ecclesie tenore presentium indulgemus. Volumus autem quod confessores ipsi de hys, de quibus ratione premissorum alteri fuerit impendenda satisfactio, eam singulis incorporatis predictis pro tempore confitentibus per se, si supervixerint, vel per heredes suos, aut alios si tunc forte transierint faciendam iniungant, qua ipsi absoluti vel dicti heredes, aut aly premissi facere et adimplere teneantur, ut prefertur. Et ne, quod absit, aliqui propter huiusmodi gratiam reddantur procliviores ad illicita imposterum committenda, volumus, quod si ex confidentia remissionis huiusmodi aliquis vel aliqui incorporatorum predictorum aliqua forte commiterent, quoad illa remissio nullatenus suffragetur, quam etiam ad eos, qui a nobis recesserunt, et ad dissolutionem seu derogationem auctoritatis presentis sacri Concily improbis ausibus machinati sunt, nolumus aliqatenus extendi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et universalis ecclesie se noverit incursurum. Datum Basilee V kalendas Iuly (*27. Czerwca*) anno a Nativitate domini Millesimo quadringentesimo tricesimo nono, Apostolica sede vacante.

Nos volentes, ut tu, qui post concessionem huiusmodi te congregationi nostre incorporari fecisti et ut asseris pro auctoritate universalis ecclesie et Sanctissimi Domini Felicis pape V conservanda eatenus fideliter laborasti et laboras in dies concessionis et litterarum predictarum pleno gaudeas effectu ac tuis in hac parte supplicationibus inclinati, litteras et indulgentiam predictas in omnibus et per omnia ad te extendimus, ut videlicet confessor, quem elegeris, totiens quotiens opus fuerit, confessione tua audita te in sinceritate, fidei unitate, obediêntia et devotione universalis et Romane ecclesie atque nostra necnon summi pontificis, pro tempore canonice intrantis, persistentem a (peccatis) omnibus et censuris, ut prefertur, absolvere necnon semel in vita et semel in mortis arti-

culo similem absolutionem tibi impendere aliaque in dictis litteris contenta, iuxta illarum continentiam, vim atque tenorem, in omnibus et per omnia per te consequi posse et debere devotioni tue de specialis dono gratie concedimus per presentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre extensionis et concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et universalis ecclesie se noverit incursurum. Datum Basilee II [1]) Nonas Augusti anno a Nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. VI, Nr. 9). Na sznurku z jedwabiu żółtego i czerwonego zawieszona pieczęć ołowiana, taka sama jak przy dokumencie Nr. LXVIII w tomie II Aktów tych.

LXXXIII.

W Wiśniczu między 4. a 10. Czerwca 1443 r.

Mikołaj Kmita z Wiśnicza, kasztelan przemyski, uposaża plebana w Wiśniczu, nakładając przytem na niego pewne obowiązki.

In Nomine domini Amen. Nos Nicolaus Kmita, heres de Visznicze, Castellanus Prz(*emisliensis, Notum facimus, quibus*) expedit: Quomodo diem mortis prevenire volentes et de datis nobis a Deo equal . . . . . [2]) facere distribucionem in remedium animarum predecessorum et nostrorum Th . . . . . . maiori, que et plebani Thaberna nuncupatur, et aream cum agro ex opposito . . . . Visznicze maiori, quam aream quidem Voytek alias Stanczek possedit cum o(*mni iure, proprietate, proventibus*), pratis,

[1]) Powinno by być Pridie Nonas; zresztą widoczne są tylko dwie kreski, może być jednak, że było ich trzy, a w takim razie byłoby to 3. Sierpnia.

[2]) Luki, które powstały skutkiem odcięcia kawału pergaminu, a które tutaj oznaczam punktami lub uzupełniam kursywą, nieopisuję każdéj specyalnie, bo wszystkie prócz dwóch ostatnich są równéj wielkości, od góry do dołu odcięto kawał pergaminu, tak, że tylko trzy ostatnie wiersze pozostały nieuszkodzone, a dwa je poprzedzające pozbawione paru liter. We wszystkich innych luki są jednakie, a mianowicie mniéj więcéj takie, jak ta, którą uzupełniam w pierwszym wierszu. Ażeby jeszcze dokładniéj poinformować czytelnika o objętości tych luk, dodaję, że w przedostatnim wierszu na miejscu téj saméj objętości, co luki poprzednich wierszy, stoją te wyrazy: [illegible]*szky Nicolao Vilczek et Sand*, tyle więc słów a względnie liter wypadło we wszystkich poprzednich wierszach, [illegible] m, jak nadmieniłem, czwartego i piątego od końca, w których brakuje tylko kilkunastu liter i trzech ostatnich, które są nieuszkodzone.

fructibus, silvis, rubetis mericis et ceteris ad illa spectantibus ab an(*tiquo teutis et habitis domino Nicolao*) alias Canthorek plebano nostro in Visznicze et alys omnibus suis successori(*bus damus, donamus, appropriamus*) et incorporamus assignamusque cum omni iure tenendum, habendum, v(*endendum, commutandum, donandum*) absque omni impedimento libere, quiete, perpetue et in evum possidendum, sic . . . cum area et alys per nos Ecclesie propter deum datis per nostrum alique(*m* . . . . . *legit*)timum et consangwineum nullatenus debent recipi nec auferri propter s . . . . . . mentes presentibus dictos Thabernatorem et ortulanum ab omnibus nostris seri . . . . universis, quocunque vocabulo nuncupentur, nunc consuetis aut in posterum induc(*endis* . . . . *ortu*)lanus pro tempore existentes non alteri nisi domino plebano Ecclesie nostre in (*Visznicze* . . . .) omnibus censibus et utilitatibus prenotatis respondebunt. Ceterum ipsi videli(*cet* . . . .) alio iure tenebuntur procedere neque uti nisi iure hereditario dominorum . . . . . . Quodque ipse dominus Nicolaus Canthorek aut eius successores per se vel p(*er vicarium pro absolucione*) peccaminum nostrorum tres missas: primam pro defunctis feria secunda, Secun(*dam* . . . . .) de beata virgine Maria Sabbato vel alys diebus consimilibus singulis septi(*manis* . . .) sit astrictus perpetue et in evum. Eciam dominus plebanus vel ipsius vicarius . . . . . . debent visitare Castrum missam ad legendum, quando per dominos fuerint avisa(*ti* . . . . . *Harum*) quibus Sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio litterarum. Datum in Visznicze fe(*ria* . . . . [1]) *infra*) octavas Corporis Christi Anno domini Millesimo Quadricentesimo (*sic*) quadragesimo tercio presentibus m(*agnifico*) et honorabili Generosisque viris videlicet domino Petro de Curow Castellano Sandecensi, domino Nicolao alias Swanczecz Capellano magnifici domini Nicolai Kmita Curiensi, Nicolao Kaczlawszky, Nicolao Vilczek et Sandkone falconista, testibus fide dignis.

Pergaminowy oryginał bardzo starannie i czytelnie pisany, od którego znaczny kawał odkrojono, tak, że tylko trzy ostatnie wiersze zostały nieuszkodzone, a czwarty i piąty od końca pozbawione paru liter, znajduje się w Zakł. Nar. Im. Ossol. (nr. 19). Pieczęć zaginęła, pozostał po niéj pasek pergaminowy. Dwa dość świéże napisy na odwrotnéj stronie nie zawierają nic ważnego. Luki, które powstały skutkiem odcięcia kawału pergaminu, w części uzupełniłem domyślając się brakujących słów.

[1]) Brakuje jednego wyrazu, albo *sexta* coby było 4, albo *secunda* coby było 7, albo *tercia* coby było 8, albo *quarta* 9, albo wreszcie *quinta* 10. Czerwca.

LXXXIV.

W Sanoku 24. Listopada 1446 r.

Zofia królowa, wdowa po Władysławie Jagielle, rozstrzyga spór o ogród pomiędzy rajcami miasta Sanoka a jednym z mieszczan Tomaszem Skonczowiczem.

Sophia dei gratia Regina Poloniae etc. significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis: Quia multa litigia et diversi modi [1]) controversiae [2]) pro quodam orto, in monte stroznica dicto, prope civitatem Sanok iacenti, inter circumspectos viros consules et communitatem totius civitatis Sanocensis ex una et quendam Thomam Skonczowicz, concivem civitatis nostrae praedictae, ex altera partibus oriebantur a tempore satis longo, nos igitur volentes [3]) dictos consules et totam communitatem, ut semper consuevimus, circa iustitiam conservare, ut fructum liceat illis pro eiusmodi orto componere ampliorem [4]), de nostra speciali gratia deputamus generosos ac nobiles Iohannem de Zagorzany, subdapiferum et mareschalcum curiae nostrae reginalis, et Iacobum de Morawany [5]) castellanum czechowiensem, consiliarios nostros, grate dilectos, audiendi et decretandi causam huiusmodi interpretes iam dictos [6]), qui domini ad nostra mandata descenderent [7]) iustitiam partibus nostris iussionibus iudicialiter ministraturi; tandem ipsimet consules et tota communitas Sanocensis una cum eodem Thoma Skonczowicz in conspectu nostrorum iudicum ad hoc deputatorum iudicialiter constituti [8]), ipsorum ultronea voluntate in rem [9]) et personas, dictae civitatis seniores, videlicet Petrum Dlugosz et Hospfoff *(sic)* et alios tali modo [10]) compromiserunt, offerrentes se ratum atque gratum in perpetuum habituros quidque per eosdem seniores fuerit recognitum pro orto antefato [11]). Tunc seniores iam dictae civitatis stantes sub ipsorum consciencia recognoverunt: Quia ortus ille, pro quo litigia vertuntur est civitatis [12]) et spectat ad eandem et quod datus fuit patri praefati Thomae [13]) Skonczowicz ad quinquennium [14]) usufruendus. Nos igitur audita [15]) a nostris iudicibus huiusmodi recognitione, coram ipsis facta, de consensu partis utriusque, eundem ortum, in monte stroznica situm, praedictae nostrae civitati Sanocensi [16]) adiudicamus,

[1]) *modae* w oblacie. [2]) *controversiones* w obl. [3]) *volumus* w obl. [4]) Zamiast ustępu od *ut fructum* do *ampliorem* stoi w oblacie: *ex fructu libetibus pro cuiusmodi orto componere ampliorem*, co zupełnie nie ma sensu. [5]) *Morausiony* stoi w obl., że kasztelan czchowski (którego w Niesieckim nie ma) zwał się *Iacobus de Morawany*, wynika z dok. nr. CXI, tom III [6]) *dictas* w obl. [7]) *descendissent* w obl. [8]) *constituere* w obl. [9]) *in quas rem* w obl. [10]) *pleni modae* w obl. [11]) *antefacto* w obl. [12]) *civitatensis* w obl. [13]) *Thomas* w obl. [14]) *quiennium* w obl. [15]) *audienda* w obl. [16]) *civitatis Sanocensis* w obl.

incorporamus perpetualiter possidendum, habendum [17]) et in usus civitatis iam dictae beneplacitos convertendum [18]), praefato Thomae Skonczowicz et eius posteritati pro eodem orto perpetuum silentium imponendo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendi [19]). Datum in Sanok feria quinta in vigilia festi Sanctae Catherinae virginis gloriosae. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo [20]) Quadragesimo Sexto.

Według oblaty Acta Castrens. Sanocensia r. 1776. Tom 260, pag. 1366—1370.

LXXXV.

W Haliczu 27. Lutego 1447 r.

Ihnat z Kutyszcz sędzia i Ścibor z Wasiczyna, podsędek ziemscy haliccy, poświadczają, że Klemens z Siemienkowic sprzedał wieś swoją Siemienkowce Piotrowi z Dobejowa za sto grzywien zwykłéj monety.

Nos Ihnathko de Cuthyscha (*sic*) [1]) Iudex et Stiborius de Wasycziu [2]) Subiudex Terre Haliciensis generales, recognoscimus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo veniens Nobilis Clemens de Syemyenkowcze [3]) non compulsus, nec coactus, neque aliquo dolo sinistro seductus, sed mera et spontanea voluntate suorumque fretus amicorum salubri consilio, recognovit publice, quia villam sui patrimony dictam Syemyenkowcze, in districtu Haliciensi situatam, domino Petro de Dobyeow [4]) pro centum marcis communis peccunie et numeri polonicalium, in quamlibet marcam quadraginta octo grossos computando polonicales, vendidit perpetuis temporibus et in evum ac irrevocablibus (*sic*) temporibus vendidit et resi-

---

[17]) *possidendi, habendi* w obl. [18]) *convertendi* w obl. [19]) *appendendi* w obl. [20]) *Quingentesimo* w obl., kiedy wilia s. Catherinae nie przypadała na Czwartek, a królowa Zofia † 1461 r.

[1]) Kutyszcze, wieś w powiecie brodzkim.

[2]) Wasiczyna nie ma w Galicyi, jest atoli Wasiuczyn w powiecie rohatyńskim i z niego pochodziła ta familia.

[3]) Ani w Niesieckim, ani w Paprockim nie ma Siemienkowskich ani Siemionkowskich, są tylko Siemakowscy, a ponieważ w Galicyi są aż trzy wsie nazwy Siemakowce (w czortkowskim, horodeńskim i kołomyjskim powiatach) zdawałoby się więc, że z jednéj z nich pochodzi wzmiankowana tutaj familia Z tych trzech wsi jednak żadna nie należy do rzym. kat. kapituły lwowskiéj (z któréj archiwa dokument ten wyjęto), a należą do niéj Siemikowce w powiecie rohatyńskim, do nich więc dokument ten się odnosi.

[4]) Dobiejowscy herbu Wczele (według Niesieckiego) pochodzili z Wielkopolski.

gnavit temporibus perpetuis cum omnibus et singulis dicte ville Syemyenkowcze utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, questibus, proventibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, borris, gays, sereptis, virgultis, rubetis, dumetis, quercis, pinetis, aquis, torrentibus, rivis et earum decursibus, piscinis, lacubus, paludibus, molendinis, emolimentis, montibus, collibus, vallibus ceterisque attinencys, pertinencys, siccis et medidis (*sic*) ad dictam villam Syemyenkowcze spectantibus, quocumque nomine censeantur, per eundem dominum Petrum et ipsius legittimos successores tenendum, habendum, vendendum, utifruendum, comutandum, donandum, alienandum et ad usus suos suorumque legittimorum successorum beneplacitos convertendum perpetuis temporibusque possidendum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Acta et data in Halycz secunda feria proxima ante dominicam Reminiscere anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, presentibus Generosis Dominis Sororio de Comarow, Franczkone de Mylowanye Camerarys, Stephano de Bidlowa, Iwaschkone de Nouicza, Stanislao de Zawalow, Petro Romanowsky et alys quampluribus fidedignis ad premissa.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc 1. nr. 9). Zawieszone na paskach pergaminowych dwie gałki woskowe; pierwsza sędziego z odciskiem herbu Korczak i zatartym napisem w obwodzie, druga podsędka z odciskiem nieznanego herbu (który najpodobniejszym jest jeszcze do tego, którym się pieczętowała familia Lubockich (Niesiecki VI, 146), różni się tylko od niego tém, że dwa boczne listki tworzą prostą linię, a na nich znów pod prostym kątem stoi trzeci) i zatartym w obwodzie napisem. Niesiecki podał o Wasiczyńskich, że się pieczętowali herbem Korczak. Była to chyba inna tego imienia familia.

Na odwrotnéj stronie pergaminu prócz paru późniejszych napisów jeden ręką współczesną: *Szyemyonkovcze.*

LXXXVI.

W Przeworsku 2. Marca 1447 r.

Piotr z Grochowic sędzia i Paweł z Zamiechowa podsędek ziemscy przemyscy poświadczają, iż Dorota, żona Nikla, wójta z Tyczyna, pokwitowała swoich braci Jakóba i Alexego, dziedziców wsi Cieszacina i Ożenska, z odbioru należącéj się jej schedy.

Nos Petrus de Grochowcze [1]) Iudex et Paulus de Zamyechow [2]) Subiudex terre Premisliensis generales, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus

[1]) Grochowce, wieś w powiecie przemyskim.

[2]) Zamiechów, wieś w powiecie jarosławskim.

et futuris: quomodo veniens Generosa Dorothea uxor legitima nobilis Nykel advocati de Thiczyn [1]) sponte et libere recognovit, quia nobiles Iacobus et Allexius de Czyeszaczin heredes, prefate Dorothee fratres germani, de bonis paternalibus et de bonis maternalibus videlicet de Czyeszaczin et Ozensko [2]) sibi predicte Dorothee solucionem fecerunt cum effectu de predictis bonis supratactis et satisfecerunt; et predicta Dorothea ipsos fratres prius dictos Iacobum et Allexum (*sic*) de Czyeszaczin et Ozensko liberos dimisit et remittit, de predictis bonis silencium perpetuum et in evum faciendo cum pleno iure. Acta et data Przeworsko feria quinta proxima post Invocavit anno Domini millesimo CCCCXL septimo, presentibus nobilibus Iohanne et Nicolao de Mzurowiecze, Petro et Allexandro de Prochnik, Iohanne Lopusky, Marcissio de Morawsko et alys pluribus.

Oryginał na pergaminie w Zakładzie nar. im. Ossolińskich nr. 32; na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, z których tylko kawałek drugiéj, na zwyczajnym wosku, pozostał.

LXXXVII.

W Haliczu 1. Maja 1447 r.

Ihnat z Kutyszcz sędzia i Ścibor z Wasiczyna podsędek ziemscy haliccy poświadczają układ o staw między Knyhyniczami a Wasiczynem, zawarty za pośrednictwem rozjemców pomiędzy Mikołajem z Knyhynicz a samym Ściborem z Wasiczyna.

Nos Ihnathko de Cuthyschcza Iudex et Stiborius de Wasyczin Subiudex Terre Haliciensis generales notum facimus universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quomodo magnifici et Generosi domini Petrus Odrowansch de Sprova Palatinus et Capitaneus Terre Russie generalis, Iohannes de Knehynicze Castellanus Haliciensis, Michael Muschylo de Buczacz Snyatinensis et Colomiensis, Nicolaus Parava de Lubin Haliciensis Capitanei, Iohannes Golambek de Dobrawoda Iudex Leopoliensis, arbitri et amicabiles compositores inter Nobiles Dominos Nicolaum actorem de Knehynicze et Stiborium de Wasyczin, Subiudicem Haliciensem, partem adversam amicabiliter et arbitraliter concordaverunt, quatenus a modo discordie et lites non exorerentur (*sic*) inter ipsos, quod

[1]) Tyczyn, miasteczko w powiecie rzeszowskim.
[2]) Porównaj co do tych włości i ich właścicielów Tom III, nr. XCII, CI, CII i CIII.

dominus Nicolaus omnimodam habet [1]) dare pacem piscine domini Stibory, consistenti inter Knehynicze et Wasyczin [2]), quam piscinam dominus Stiborius, prout longe et late dicta piscina fundi potest, perpetuis temporibus tenere habet seu potest, hoc autem incluso, quod dicta piscina copiositate aque molendino domini Nicolai noccre non habet. Ceterum dominus Nicolaus iam de iure et ex invencione dictorum dominorum suprascriptorum perpetuis temporibus in dicta piscina omnimodam habet potestatem construere obstaclum circa suam curiam et ipsum obstaclum perpetue in eadem piscina tenebit. De quo obstaculo piscibus utam pro sua mensa speciali et retia eciam Gulgustra (*sic*) ponet pisces prandendos et non alibi in dicta piscina. Item homines ipsius nec eciam molendinator eius in dicta piscina domini Stibory pisces presumant prandere. Demum quum dominus Nicolaus piscinam suam knehynicensem erit emittere (*sic*, *sic*) vel emittet alias Spuscy, tunc eodem tempore dominus Stiborius est astrictus piscinam suam emittere et non alio tempore nisi simul cum domino Nicolao et hoc perpetuis temporibus et irrevocabilibus ex invencione dictorum dominorum facere habent (*sic*, *sic* [3]). Insuper a presentibus temporibus dominus Stiborius triginta sexagenas communis pecunie et numeri polonicalis, sexaginta grossos polonicales in quamlibet sexagenam computando, infra tres annos solvere et exsolvere habet [4]) sub totidem dampni domino Nicolao predicto. Ceterum alias Triginta Sexagenas infra alios tres annos dominus Stiborius ex invencione et concordacione supradictorum dominorum dicto domino Nicolao est astrictus et habet dictas pecunias capitales solvere et exsolvere plenaliter et in toto sine quavis occasione introiecta sub dampni totidem. Quam concordiam per premissos dominos arbitraliter inventam dicti domini Nicolaus et Stiborius perpetuis et irrevocabilibus temporibus servare et tenere habent. Harum quibus Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Halycz secunda feria ipso die festivitatis sanctorum apostolorum Philipi et Iacobi. Anno domini millesimo quadringentesmo quadragesimo septimo. Presentibus Nobilibus dominis Iohanne de Comarow, Franczkone de Milowanye Camerarys, Vincencio de Nyenczin, Petro Dobyeyowsky de Sarnek, Iohanne de Gstein (*sic*), Iwaschkone de Nouicza et alys quam pluribus fidedignis ad premissa.

Pergaminowy oryginał znajduje się w Zakł. Nar. Im. Ossolińskich (nr. 336). Pieczęci, których było dwie, oderwane wraz z paskami, na których wisiały.

---

[1]) Tutaj opuszczono, zdaje się, *potestatem*; cały dokument jest pisany językiem tak okropnym, że go z trudnością zrozumieć można.

[2]) Knihynicze, miasteczko, Wasiuczyn, wieś w powiecie rohatyńskim.

[3]) Mają uczynić, widoczny polonizm.

[4]) Ma wypłacić.

LXXXVIII.

W Radłowie 8. Maja 1448 r.

Zbigniew Oleśnicki, biskup krakowski, potwierdza fundacyę szpitala w Tarnowie i oddaje prebendę przy tym szpitalu Grzegorzowi z Kraucz-borka czyli z Gorzowa prezentowanemu przez miasto na tę posadę.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ad regimen ecclesie cracoviensis licet immeriti domino disponente evocati, divinis preceptis et salubribus monitis incitamur [1]), ut iuxta credite nobis dispensacionis officium, ad ea presertim, que ad salutem animarum, divini quoque cultus augmentum, laudem, decus et gloriam et miserabilium personarum provisionem ordinantur, mentis nostre aciem convertamus et eis, quantum ex alto conceditur, feliciter intendamus. Proinde nos Sbigneus, dei et apostolice sedis providencia episcopus cracoviensis, significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo pys et devotis supplicacionibus ac precum magna instancia providorum virorum consulum et communitatis civitatis tarnoviensis pluries excitati et rogati fuimus, quatenus hospitale ad laudem dei et honorem sancti Spiritus ac sancte Crucis, sanctorum quoque Iohannis Baptiste, decem milia martirum militum [2]), Leonardi confessoris, Zophie electe cum filiabus suis, Apolonie et Othilie virginum in suburbio extra muros eiusdem civitatis, pro recolligendis personis miserabilibus egrotis et langworibus confectis, in quorum honorem ecclesiam ligneam prefati consules, nostro accedente consensu, suis edificarunt impensis, ad ipsorum dotacionem erigere et fundare, necnon litteram super dotacione dicti hospitalis in pargameno scriptam, ipsorumque sigillo subappenso sigillatam, quam nobis per discretum Gregorium de Kravczbork [3]) sive de Gorzow wratislaviensis diocesis ad dictum hospitale presentatum presentarunt ac eciam dotacionem huiusmodi, videlicet octo marcas numeri consueti polonicalis, quas de pretorio eiusdem civitatis tarnoviensis in certis terminis per ipsos consules et eorum successores, unam medietatem census predicti, videlicet quatuor marcas, ad festum nativitatis sancti Iohannis Baptiste, reliquam vero medietatem, videlicet alias quatuor marcas, ad festum Nativitatis Domini, singulis annis solvendas cum effectu. Item domum circa hospitale seu capellam

---

[1]) *incitati* wydrukował hr. M. Dzieduszycki: Zbigniew Oleśnicki II, LXII.
[2]) *militum* opuścił M. hr. Dzieduszycki.
[3]) *Krayczbork* wydrukował M. hr. Dzieduszycki.

predictam sitam [1]) eidem domui hospitalis et eiusdem prebendario sive ministro in vim datis perpetue dicti [2]) consules et communitas civitatis predicte [3]) tarnoviensis de iustis laboribus conquisita, assignarunt prefati hospitalis sancti Spiritus, sancte Crucis, sanctorum quoque Iohannis Baptiste, decem milium martirum militum, Leonardi confessoris, Zophie electe cum filiabus suis, Apolonie et Othilie virginum extra muros tarnoviensis civitatis predicte domui et eius prebendario sive rectori inscribere, appropriare et perpetuo incorporare ac dictum Gregorium eorum presentatum [4]) et [5]) ipsius successores dicte domus hospitalis, prebendarios et rectores ad peragendum in dicto hospitali singulis diebus dominicis vigilias defunctorum novem lectionum, ferys vero secundis missas pro defunctis, ferys autem quartis pro peccatis et diebus sabbati de beata Maria virgine, dummodo dies solennes aut alia causa legittima impedierint, in quibus tunc diebus solennibus sic expressis in predictis ferys occurrentibus de tempore aut pro beneplacito suo missas leget aut cantabit, racione huiusmodi dotis astringere dignaremur. Nos itaque Sbigneus, episcopus cracoviensis memoratus [6]), votis salubribus et piarum supplicacionum affectibus prefatorum consulum et communitatis civitatis tarnoviensis, benigno inclinati favore, volentes paterna pietate personis infirmis, egenis, miserabilibus et debilibus, quorum ad dictam civitatem confluit multitudo, statui et condicioni providere, ad honorem omnipotentis Dei, Spiritus sancti, sancte Crucis, sanctorum quoque Iohannis Baptiste, decem milium martirum militum, Leonardi confessoris, Zophie electe cum filiabus suis, Apolonie et Othilie virginum extra muros civitatis predicte hospitale et capellam ereximus, fundavimus et creavimus presentibusque erigimus, creamus et fundamus et illud ad predictorum consulum et communitatis civitatis tarnoviensis magis devotam quam sufficientem dotacionem iam factam et quodcunque alias imposterum pingwius et largius fiendum, confirmamus, dictas quoque [7]) octo marcas et domum domui hospitalis predicti et prebendario sive ministro domus eiusdem, quem perpetuo decrevimus largitos inscribimus, appropriamus et incorporamus et ea sorti et proprietati dicti hospitalis et prebendarii applicamus, decernentes dictum censum octo marcarum et domum, et si que expost ipsi hospitali et eius prebendario sive ministro propter sustentacionem miserabilium personarum, devocione fidelium fuerint largita [8]).

---

[1]) *sitam* opuścił M. hr. Dzieduszycki.
[2]) *praedicti* wydrukował M. hr. Dz.
[3]) *praedictae civitatis* wydr. M. hr. Dz.
[4]) *praesentatione* wydr. M. Dz.
[5]) *ac* wydr. M. Dz.
[6]) *memoratus* opuścił M. Dz.
[7]) *dictasque* (sic) wydr. M. Dz.
[8]) *largiti* wydr. M. hr. Dz.

ecclesiastice subiacere libertati, preenarratum quoque Gregorium, diaconum, de vita et moribus comendatum ad presentacionem dictorum consulum et comunitatis civitatis predicte tarnoviensis de dicta prebenda hospitalis sive capella eiusdem crida cum comenda rite premissis, per manus nostre capiti suo imposicionem investivimus et instituimus, investimusque et instituimus in dei nomine per presentes curam omnium et singulorum cecorum, claudorum, egenorum, aridorum, infirmorum, debilium et quorumcunque miserabilium personarum cuiuscunque sexus aut condicionis existent in dicto hospitali ad presens recollectorum vel imposterum recolligendorum, administracionem spiritualium regimenque temporalium dicte domus presentibus sibi comitentes, quocirca vobis honorabilibus et discretis preposito, cantori et custodi ceterisque prelatis et canonicis ac eorum vicariis ecclesie collegiate sancte Marie tarnoviensis et illis, qui presentibus fuerint requisiti, in debito obediencie et sub excomunicacionis pena precipimus et mandamus, quatenus cum eodem Gregorio prebendario ad dictam ecclesiam hospitalis [1]) sancti Spiritus predicti personaliter descendentes ipsum in et ad realem, actualem et corporalem possessionem omnium iurium et pertinenciarum predicti hospitalis inducatis, facientes sibi de omnibus eiusdem capelle et hospitalis introitibus plene et integre responderi, quodque infirmi, egeni et alie miserabiles persone in eodem hospitali quoquomodo degentes ipsi Gregorio in omnibus licitis et honestis obediant et intendant tanquam ipsorum vero legittimoque rectori sive ministro. Ipse vero Gregorius rector sive minister dicti hospitalis et sui successores preposito ecclesie collegiate in Tarnow pro tempore existenti reverenciam congruam et obedienciam debitam in licitis et honestis exhibeat. Ipsum quoque Gregorium in nostre diocesis subditum recipimus per presentes et eundem ad omnia et singula, ad que per consules predictos in eorum privilegio extat obligatus, astringimus per presentes. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Radlow [2]), die Mercury octava mensis May, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo, presentibus venerabilibus et provido magistris Marco Bonifily [3]) Altarista sancte Margarethe in ecclesia maiori cracoviensi, Iohanne de Dambrowka decano sandeczensi et Wenczeslao cubiculario testibus circa premissa.

Pergaminowy oryginał starannie pisany i dobrze zachowany w Zakł. Nar. Im. Ossol. nr. 22. Pieczęć oderwana, pozostał tylko po niéj sznurek jedwabny koloru czarnego i amarantowego. Na odwrotnéj stronie pergaminu tą samą ręką co dokument napis współczesny:

---

[1]) *hospitalem* wydr. M. hr. Dz.

[2]) Radłów, miasteczko w powiecie brzeskim.

[3]) *Tomiszki* drukuje M. hr. Dz. mimo to, że jak najwyraźniéj stoi tu *Bonifily*.

Augustinus Cantor et Thomas Viceprepositi, Stanislaus Custodis vicarius requisiti executi sumus presens mandatum decima die mensis May hora terciarum.

Drukował ten dokument już poprzednio z kilku myłkami, bez napisu znajdującego się na odwrotnéj stronie pergaminu, i ze zmodernizowaną pisownią M. hr. Dzieduszycki: Zbigniew Oleśnicki tom II, str. LXII—LXV, nr. XXXI.

LXXXIX.

W Krakowie 15. Lipca 1451 r.

Kazimierz Jagiellończyk rozstrzyga spór o sprzedaż soli między miastami Krakowem a Kazimierzem na korzyść ostatniego.

Kazimirus dei gracia Rex Polonie, magnus Dux Lythwanie et heres Russie etc. significamus tenore presencium quibus expedit universis: Quod dum cum Prelatis et Baronibus Regni, Consiliarys nostris, in consilio in Castro Cracoviensi in Curzanoga ageremus, supervenerunt ad conspectum Maiestatis nostre consules civitatum nostrarum: Cracouiensis ab una et Kazimiriensis ab altera partibus et inter se coram nobis et eisdem consiliarys nostris occasione vendicionis salis, vulgariter Czebrowka nuncupati, in Kazimiria differencias disceptarunt, Nos vero tandem cum predictis Prelatis et Baronibus in consilio protunc existentibus huiusmodi differenciam sic inter ipsas civitates nostras et earum inhabitatores et incolas occasione vendicionis eiusdem salis subortam tali modo sedavimus, sopivimus et adinvenimus: quod dicte civitatis Kazimiriensis inhabitatores et incole in cameris ipsorum sal predictum, Czebrowka nuncupatum, libere poterint dumtaxat in diebus forensibus vendere et sine inpedimento temporibus perpetuis et in evum. Harum quibus Sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio litterarum. Actum et datum Cracouie feria quinta ipso die divisionis Beatorum appostolorum anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo.

Relacio Magnifici Iohannis de Coneczpole
Regni Polonie Cancellary etc.

Pergaminowy oryginał, z oderwaną pieczęcią i paskiem, na którym wisiała, na okół poobcinany, znajduje się w bibl. Włodz. hr. Dzieduszyckiego. Napisy na odwrotnéj stronie nic ważnego nie zawierają.

XC.

W Kąkolnikach 16. Listopada 1452 r.

Grzegorz, arcybiskup lwowski, potwierdza Mikołaja z Nowego w posiadaniu prebendy św. Katarzyny na niższym zamku lwowskim, a notaryusz Kasper syn Jakóba z Kołomyi na żądanie tegoż wyrok ten spisuje.

In nomine domini amen. A nativitate eiusdem millesimo CCCC⁰ quinquagesimo secundo, indiccione tredecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris, domini et domini Nicolai, divina providencia pape quinti, anno ipsius quinto, die vero Martis, XVI mensis Novembris, hora terciarum citra vel ultra in stuba lignea in medio curie ville Kąkolnyky [1]) sita, in mei notary publici subscripti, testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia, constituti personaliter honorabilis et discretus vir dominus Nicolaus de Nowe ex una et Mathias vicarius de Halicz, procurator domini Mathie Blondowszky cantoris premisliensis partibus ab altera in termino peremptorio sibi domino Nicolao cum prefato domino Mathia Blondowszky pro et super prebenda capelle sancte Catherine castri minoris leopoliensis per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Gregorium, archiepiscopum leopoliensem, ipsis assignato et produccione iurium et testium induccione de simoniaca pravitate in eadem beneficiorum comutacione, interveniente inter eundem dominum Nicolaum et dominum Martin(*um*), prebendarium sancte Katherine, facta et eius occasione ad quam se utraque parcium iura sufficiencia habere allegabat; tandem ipse procurator domini Blondowszky per eundem dominum archiepiscopum interrogatus et requisitus, utrum iura et munimenta ex parte eiusdem Blondowszky ad predictam prebendam sancte Katherine haberet aliqua et allegaret causam racionabilem, cur et quare ipse dominus Nicolaus ad prefatam prebendam sancte Kath(*er*)ine per modum comutacionis cum domino Martino de Lublin prebendario ultimo facta non debeat investiri et institui. Qui itaque procurator Mathias non alia se dicebat iura habere preterque graciam expectativam serenissimi domini regis ad magnificum olim dominum Petrum Odrow(*ą*)sch, palatinum, scriptam, qui nomine et vigore domini regis eundem dominum Blondowszky ad eandem prebendam sancte Katherine post mortem domini Martini prependary (*sic*) vaccaturam (*sic*) defuncti

[1]) Kąkolniki, w powiecie rohatyńskim.

domino Iohanni archiepiscopo leopoliensi aut eius legittimo successori debuit presentare. Qua itaque gracia expectativa ipse dominus Gregorius archiepiscopus visa et conspecta ipsam decr(*e*)vit nullum habere firmitatis, sibique silencium imposuit eviternum, de quo ipse dominus Nicolaus solempniter est protestatus, ipse quoque dominus Nicolaus iura sua sufficienciora et pociora produxit et monstravit, quibus dominus archiepiscopus auxultatis prefatum dominum Nicolaum ad eandem prebendam capelle sancte Katherine castri minoris leopoliensis instituit et confirmavit iure pleno. Super quibus omnibus et singulis premissis prefatus dominus Nicolaus pecyt sibi a me notario publico subscripto, presens publicum confici instrumentum. Acta sunt hec et data anno, indiccione, pontificatus, die, hora et loco, quibus supra, presentibus nobilibus, honorabilibus et discretis viris Iaroslao Cola, Nicolao Beleczky, Michaele plebano de Cąkolnyky, Iacobo capellano domini archiepiscopi supra denotati, Petro filiastro plebani de Halicz clerico.

S. N. Et Ego Caspar Iacobi de Colomia, clericus leopoliensis diocesis, quia dictis iurium produccioni, protestacioni et confirmacioni unacum prenominatis testibus presens fui eaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum confeci et manu propria scripsi signoque et nomine meis solitis . . . . (reszta odcięta).

Pergaminowy dokument, który niegdyś służył za okładkę książki, znajduje się w Zakł. Nar. Im. Ossol. (nr. 194). Ostatnie wiersze podpisu notaryusza wraz z częścią jego znaku odcięte.

XCI.

W polu Bybelskiém 22. Października 1455 r.

Stanisław z Chodcza, Starosta, i Jan z Dalejowa, Podkomorzy, haliccy oświadczają, iż sporu o granicę między wsiami Bybłem i Bokowem rozstrzygnąć nie mogli.

Nos Stanislaus de Chotecz Capitaneus et Iohannes de Dalegow, (*sic*) Succamerarius Halicienses notum facimus per presentes, quod nos ad peticionem Reverendissimi in Christo patris domini Gregory Archiepiscopi leopoliensis, ex una, et Nobilis Andree, fily nobilis Petri Swystelniczsky, nomine eiusdem patris sui partem (*sic*) ex altera, descendimus inter villas eorum Bibel et Bokow [1]) ad granicies faciendas, et ibi nobis constitutis prefatus

---

[1]) Bybło, wieś w powiecie rohatyńskim, Boków, wieś w powiecie podhajeckim.

dominus Gregorius Archiepiscopus comparens cum ydoneis senioribus antiquis hominibus, et eciam cum nobilibus, monstravit nobis certa signa granicialia vulgariter Naczossy [1]) in quercubus directe se protendencia, que idem seniores se sub consciencys suis dixerant esse vera signa granicialia, sicut eciam nobis apparebat ex directo situ eorundem signorum, et totali similitudine eorum. Insuper pro maiori et clariori iusticia sua monstravit quendam (*sic*) literam olim domini Iohannis, Archiepiscopi antecessoris sui, que continebat, quod pratum Glamboka dolina dictum dedit ipse dominus Archiepiscopus cum consensu capituli nobili domino Derslao servitori suo, quod pratum idem Derslaus tenuit in pacifica posessione per multos annos, ut quod eciam ipse dominus Archiepiscopus per eosdem seniores probavit; similiter probavit, quod idem dominus Archiepiscopus Iohannes semper et aly antecessores sui continue idem pratum nullo impediente tenuerunt et habuerunt in posessione pacifica. Ex adverso dominus Swystelniczsky obtulit literam quendam (*sic*) Ruthenicalem, que continebat quod dominus Kmyta Capitaneus Russie fecisset granicies, sed non nominat villas, nisi dicit, quod a Mogylicza circa Okno ad aliam Mogyliczam per montem essent granicie, et dominus Archiepiscopus dixit: adhuc non detrahendo tue littere quero a te domine Petre, quare ita diu cum ista litera siluisti et tui antecessores siluerunt per triginta aut quadraginta et plus annos, et protestatus est coram nobis, et dum mandaremus domino Sphistelniczsky signa eciam aliqua monstrare transeundo per montem, dominus Andreas Swistelniczsky dixit cum patre suo equitando: hic fuerunt pali incussi, sed iam putrefacti sunt; et dominus Archiepiscopus iterum statim protestatus est coram nobis dicens: domini ecce suam literam facit invalidam et insufficientem, quia ipse dicit de palis, et litera eius nichil de ipsis memoratur; et dum venimus ad Okno, invenimus non unam sed plures mogylas, tandem alloquebamur dominum Archiepiscopum, quod mitteret in manus nostras cum plena potestate, quod fecit; sed dominus Sphistelniczsky facere noluit dicens: volo quod adiudicetis litteram meam esse veram, quod nos facere non potuimus quia non fuit nostrum tunc literas iudicare et declarare, et sic discessimus domino Archiepiscopo denuo quoque protestante, quod vellet se defendere sue violencie, et ideo inter ipsos disterminacionem seu limitacionem granicierum facere non potuimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in campo Bibel supra Okno feria quarta proxima post festum undecim milia virginum anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, presentibus Zauissio de Huilcze, Spicznik de Bolszow, Sandiwogio de Chomaczicze, Derslao de Vodniky Skorczowsky et alys quam pluribus fidedignis ad premissa.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. 1, Nr. 6). Zawieszone były na paskach pergaminowych dwie pieczęci, z tych pierwsza Stanisława z Chodcza przedstawia odcisk herbu Odrowąż, druga oderwana.

[1]) Porównaj objaśnienie dodane do dokumentu z r. 1420, powyżéj pod nrem LI umieszczonego.

XCII.

W Kamieńcu Podolskim 18. Września 1456 r.

Zygmunt z Nowosielec sędzia i Jan z Boroskowic podsędek ziemscy podolscy poświadczają, że Bartosz z Buczacza, starosta podolski sprzedał wieś swą Chmielowę, na Podolu w obwodzie czerwonogrodzkim położoną, Alexandrowi czyli Goworkowi za 60 kóp zwykłéj monety.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus de Nowosyelcze Iudex et Iohannes de Borosscowce Subiudex Terre Podolie generales significamus tenore presencium, quibus expedit, generaliter universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: quia in nostra et dominorum infrascriptorum presencia constitutus personaliter Magnificus Dominus Barthossius de Buczacz, Capitaneus Terre Podolie generalis, totalem villam Chmyelowa, in Terrra Podolie et districtu Czyrwonogrodensi, ipsius perpetuam Nobili Alexandro alias Goworconi pro sexaginta sexagenis numeri comuniter currentis, sexaginta grossos in quamlibet sexagenam computando, cum omni iure, agris, campis, pratis, pascuis, silvis, gagys, rubetis, sereptis, mellificys, mericis, querсetis, dumetis, censibus, redditibus, fructibus, proventibus, penis, piscinis, piscaturis, fluvys, fluminibus, aquis, aquarum decursibus, rivis, molendinis, emolimentis, pertinencys, appendys, coherencys et obvencionibus universis, nullis penitus exclusis, quomodolibet ad predictam spectantibus et adiacentibus longe, late, progressive et transversaliter, uti ab alys est limitata, divisa et distincta in suis metis et granicys, titulo vendicionis perpetue temporibus resignavit perpetuis, per ipsum Goworconem et suos successores legittimos habendam, tenendam, vendendam, comutandam, donandam, alienandam, utifruendam, pacifice et quiete possidendam et in usus beneplacitos convertendam, prout sibi et suis successoribus legittimis melius et utilius videbitur expedire. et cum munimentis et privilegys perpetuis; qui dominus Barthossius predictus munimenta et privilegia perpetua super eadem villa Chmyelova dum et quando necessitas ingruerit sibi Govorconi aut suis successoribus legittimis contra fratres suos germanos et quaslibet personas dare tenebitur et debebit, quociens fuerit opportunum, quo non facto, extunc damna inde sequencia non debebunt esse Goworconis, sed ipsius domini Barthossy ad simplicem verborum prolacionem sine iuramento ipsius Goworconis. Quem Goworconem ipse dominus Barthossius a fratribus germanis suis et personis quibusvis sexus utriusque pro eadem villa intercedere, protegere et defendere ipsum Goworconem fide iussit, quem si intercedere, protegere et evincere

noluerit, extunc damna inde sequencia ipsius domini Barthossy debebunt esse ad simplicem verborum prolacionem Gowórconis sine iuramento. Harum nostra quibus sigilla sunt appensa testimonio litterarum. Acta et data in Camenecz Sabatho post sancti Lamperti anno domini MCCCC quinquagesimo sexto, presentibus Generosis et Nobilibus Nicolao de Nowosyelcze Succamerario, Paulo Szczucowsky Venatore Cameniciensi, Michaele de Humyencze, Georgio de Moxa, Riczcone de Orinino, Stanislao de Lyvlkow et Nicolao Furman, testibus.

Oryginał na pergaminie nieco uszkodzony w bibliotece wszechnicy lwowskiéj. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, z tych pierwsza, sędziego, przedstawia odcisk herbu Ślepowron, druga zaginęła.

XCIII.

Bez oznaczenia miejsca 26. Marca 1458 r.

Jan z Wysokiego, podsędek Rusi generalny, i Stanisław Stachira ze Srok poświadczają, jako pustkę między wsiami Skniłowem, Obroszynem i Stawczanami a wsiami Hodowice i Sokolniki oddali w posiadanie kanonikom lwowskim.

Nos Iohannes de Vyssoky (*sic*), Subiudex terre Russie generalis, et Stanislaus Stachira de Sroky, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis: quia ex commissione speciali Magnifici domini Andree Odrowasz de Sprowa, Pallatini et Capitanei terre Russie generalis, vigore mandati Serenissimi Principis domini et domini nostri Kazymiri Dei gracia Regis Polonie et Magniducis Littwanie etc. ad ipsum facti, et specialiter Stachyra de commissione et pro parte Magnifici domini Petri Petri de Schamatuli (*sic*) Castellani Poznaniensis, tenutary ville Obroschin, descendimus ad desertum inter villas Regie Maiestatis Krznylow, Obroschyn et Stawczany Reverendissimi in Christo patris domini Archiepiscopi Leopoliensis ab una parte situm, et inter Hodowycze Venerabilis domini Decani Leopoliensis ac Sokolnyky [1]) etiam Regie Maiestatis ad partem alteram, vocatisque hominibus villarum predictarum, et ab ipsis finibus et metis diligenter indagatis, dedimus realem et actualem intromissionem et possessionem in prefatum desertum Venerabilibus dominis Canonicis Leopoliensibus, Ministeriali adhibito et proclamacione

[1]) Wszystkie tutaj wymienione majętności już po kilka razy w dyplomataryuszu tym zachodziły.

more consweto per ipsum facta, incipiendo ab ultima palude domini decani circa Hodowicza usque ad viam Sczyricensem iuxta tenorem privilegy ipsorum ex ista parte luti, ad aliam vero partem eiusdem luti versus Obroschyn et Stawczany in viginti laneos, quos bone memorie Magnificus dominus Vincentius de Schamatuli (*sic*), protunc Capitaneus terre Russie existens, prefatis dominis Canonicis mensuraverat ad locandum et perpetue tenendum ac fruendum, iuxta privilegium et iura ipsorum desuper. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in crastino annunciacionis Beate Marie virginis anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, presentibus Venerabili Michaele Decano Leopoliensi, Nobilibus Iohanne de Maleczkowycze, Iohanne et Petro Golanbek de Szympnavoda, Barthossio de Coszycze, Iohanne Sculteto de Szokolnyky, testibus ad premissa.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. XII, Nr. 4). Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, z tych pierwsza oderwana, druga, Stanisława Stachiry, przedstawia odcisk herbu: Gryf. Na odwrotnej stronie pergaminu napis najstarszy:
A. D. 1458 possessio super desertum.

XCIV.

We Lwowie w drugiéj połowie Czerwca 1458 r.

Ścibor z Wiszni, sędzia i Jan z Wysokiego, podsędek, ziemscy lwowscy, poświadczają, iż Janusz z Maleczkowic zastawił Michałowi Bielikowi, mieszczaninowi lwowskiemu, sadzawkę za 17 grzywien, i że dochodem z téj sadzawki obydwaj dzielić się mają.

Nos Stiborius de Wysznya Iudex et Iohannes de Wysoke Subiudex Terre Leopoliensis generales, significamus tenore presencium omnibus tam presentibus (*quam*) futuris presencium noticiam habituris, quibus expedit generaliter universis: quomodo ad nostram et aliorum dominorum nobiscum tunc existencium presenciam veniens personaliter N(*obilis*) Ianussius de Maleczkouicze [1]) sponte et libere recognovit, quia famoso Michaeli Byelik, civi Leopoliensi, piscinam novam inferiorem nunc desertam in de(*cem et*) septem marcis pecunie communis monete et numeri polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta et octo grossos computando, obligavit, tali cum condicione, quod i(*pse Mi*)chael Byelik

[1]) Maliczkowice, wieś w powiecie lwowskim.

eandem piscinam nunc desertam debet stabilire alias Zastawicz suis expensis et impensis. Que piscina debet stare ad tres annos demissionis . . . . [2]) et si, quod absit, ante decursum trium annorum dicta piscina per violentiam inundacionem (*sic*) aque rumperetur vel rupta foret, extunc ipsam piscinam tum ipse Mich(*ael*) Byelik, quam eciam is Ianussius per medium debent episcare alias wilowicz. Qua piscina episcata, ipse Ianussius suis expensis et impensis debe(*t eam*) stabilire alias zastawicz. Que piscina si ad decursum trium annorum Dei iuvamine non rumperetur, extunc post decursum trium annorum ipsam pis(*cinam*) ambo videlicet Michael Byelik et ipse Ianussius debent demittere alias spusczicz et ipsam piscinam per medium depiscare vel ipsam vendere. Qui Mic(*hael*) Byelik si de medietate demissionis dicte piscine suas decem et septem marcas non posset viceversa rehabere, extunc id, quod sibi defuerit, is I(*anussi*)us debet sibi de sua medietate demissionis dicte piscine adimplere. Sin autem ambo tum Michael Byelik, quam eciam is Ianussius, quil(*ibet*) de sua medietate demissionis piscine predicte non plus nisi quilibet per decem et septem marcas receperit, hoc quilibet ipsorum pro se tenere et ha(*bere*) debet. Sin autem aliquid superfuerit, hoc ambo inter se dividere debent per medium. Qui Michael Byelik receptis receptis (*sic*) a ipso Ianussio dece(*m et*) septem marcis de demissione prefate piscine ipsam piscinam sibi viceversa debet resignare. Sin autem, quod absit, ipse Michael Byelik circa sca . . . . [3]) predicte piscine in rippis a domino Rege vel a domino Pallatino aliquod impedimentum haberet, extunc ipse Ianussius et sui successores legittimi (*ipsum*) Michaelem Byelik et suos successores legittimos a dictis impedimentis tum domini Regis quam eciam domini Pallatini debet protegere et tue(*ri. Sin autem*), quod absit, ipse Michael Byelik vel sui successores legittimi racione non tuicionis dicti impedimenti aliquod dampnum perceperit, hoc dampnum (*non erit*) ipsius Michaelis Byelik vel suorum successorum, sed ipsius Ianussy et successorum suorum legittimorum, super simplicem ipsius Michaelis Byelik (*assercionem*) omni iuramento corporali excluso. Sin autem dicto Michaeli Byelik vel suis successoribus dicta obligacio non placeret, extunc ipse Mi(*chael Byelik vel sui*) successores legittimi ipsam obligacionem alteri, cui voluerit, obligare poterit cum eodem iure absque consensu et voluntate ipsius Ianuss(*y vel suorum successorum legittimorum. Sin autem*) prefatus Ianussius ipsi Michaeli Byelik vel suis successoribus legittimis hec in litera presenti contenta non compleret et se (*per ipsum Michaelem Byelik vel suos successores legittimos*) citare admiserit, extunc in primo termino parere debet et suam totam propriam causam perdere luendo iudicio per tres marcas . . . . [4]) adimplere, non evadendo ipsum nullo

---

[2]) Tu brakuje kilku liter, może wyrazu: *expers*. [3]) Brakuje kilku liter. [4]) Brakuje 6 lub 7 wyrazów.

iure nec literis Regalibus, nec bello, nec expedicione, legacione, prescripcione . . . [5]) pro maiori recipiendo nec aliqua re excogitata sibi in facto subsidiaria. Sed quocunque modo vellet (. . . . . [6]) *Super quo ipse*) Michael Byelik posuit memoriale. In cuius rei testimonium sigilla nostro presentibus (*sunt subappensa. Actum et datum Leopoli* . . . . . *festum* [7]) Iohannis Baptiste, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo (*Presentibus Generosis et Nobilibus* . . . *Iohanne de Knyhyny*)cze [8]) Castellano Haliciensi, Paulo de Sprowa Dapifero, Nicolao de Gol(*ogory Subdapifero Leopoliensibus* . . . . . . [9]) de Rzepnewo et alys quam plurimis fidedignis.

Oryginał na pergaminie w Zakładzie nar. im. Ossolińskich we Lwowie, Nr. 26. Pieczęci brakuje. Cały brzeg prawy dyplomatu spalony i obcięty tak, iż w każdym wierszu paru liter na końcu brakuje, co jednak prawie wszędzie uzupełnić się dało; oprócz tego cały dolny prawy róg oderwany, tak iż w kilku ostatnich wierszach brakuje po kilka a nawet po kilkanaście wyrazów, z których tylko niektóre uzupełnić było można. Jak zwykle drukowano uzupełnienia *kursywą*.

XCV.

W Przemyślu 29. Stycznia 1460 r.

Waszko z Rybotycz sędzia i Mikołaj Gołąmbek z Natkowicz podsędek ziemscy przemyscy poświadczają, że Katarzyna wdowa po Janie z Ożeńska z dwiema córkami Anną i Małgorzatą odebrała dział majątkowy przypadający na nią po ojcu i matce.

Nos Waszko de Rybothicze iudex et Nicolaus Golambec de Nathkowicze subiudex terre premisliensis generales, significamus tenore presencium, quibus expedit universis, tam presentibus quam futuris, quomodo ad nostram ac aliorum dominorum, nobiscum iudicio terrestri presidencium, presenciam venientes personaliter nobiles Katherina, olim Iohannis de Oszensko [10]) cum duabus filiabus suis, videlicet Anna et Margaretha, sponte et libere recognoverunt, quia ipsis plena, totalis et realis solucio et satisfaccio est facta pro ipsarum porcione hereditaria paterna et materna, quam habuerunt in Osszensko per honorabilem dominum Iacobum et nobilem Iacobum, filiastrum ipsius domini Iacobi, filium olim nobilis Allexy, heredis de Czessaczyn et eedem domine Katherina, Anna et Margaretha

[5]) Brakuje kilku wyrazów. [6]) Brakuje kilku wyrazów. [7]) Znaczną tę lukę można było uzupełnić z wyjątkiem feryi. [8]) między *nobilibus* a *Iohanne* brakuje jeszcze kilku wyrazów. [9]) Prócz uzupełnionych a kursywą drukowanych wyrazów brakuje jeszcze kilku. [10]) Porównaj tomu tego nr. LXXXVI i tomu III, nr. XCII, CI—CIII.

mortificaverunt omnes proximitates et litteras, si quas habent vel habuerunt super eandem porcionem in Oszensko et pro isto silencium perpetuum habere debent, perpetuis temporibus et in evum. Harum quibus sigilla nostra presentibus (sigilla nostra presentibus [1]) sunt subappensa testimonio litterarum. Acta sunt hec in Premislia feria tercia proxima ante festum purificacionis sancte Marie anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo, presentibus generosis et nobilibus Iaczkone de Bubel Dapifero, Allexandro de Prochnik Subdapifero, Iaczkone de Roszborz Subpincerna premisliensibus, Iohanne de Hermanovicze, Paulo de Burzynsky, Nicolao de Cl(*o*)conicze [2]) et alys quam pluribus fide dignis.

Oryginał pergaminowy dobrze zachowany w bibliotece zakł. nar. im. Ossolińskich nr. 27. Z dwóch pieczęci zawieszonych u dołu zostały tylko paski pergaminowe.

XCVI.

W Krakowie 4. Lutego 1460 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza miastu Tarnowu wolność od ceł krakowskich.

In nomine domini Amen. Quia rerum omnium sub tempore versancium iniuria oblivio facile eorum memoriam mutabilitatis mergeret in profundum, nisi sagax hominum condicio ea scripture officio et testium annotacione firmius roboraret, proinde nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Magnusdux Lythwanie, Pomeranie, Russie, Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris: quia Generosus Iohannes Amor de Tharnow, fidelis noster dilectus, nobis sua narracione monstravit, qualiter certas litteras et privilegia super libertacione thelonei nostri Cracouiensis et eiusdem non solutione opido suo Tharnow memorato a predecessoribus nostris concessa obtinet et largita, que certis et legitimis causis obstantibus coram nobis ad presens exhibere et monstrare se non posse asseruit, itaque nostre instantissime supplicavit Maiestati, quatenus huiusmodi litteras absolucionis et libertacionis a theloneo prenominato de nostre benignitatis Regie clemencia confirmare, ratificare, gratificare et approbare graciose

[1]) Wyrazy w klamrach bez potrzeby przez omyłkę dwa razy powtórzył pisarz.
[2]) Litera po *Cl* wydarta, uzupełniono ją przez *o*.

dignaremur. Cuiusquidem peticionibus tanquam iustis et racionabilibus benigniter annuentes, pretactas libertacionis a theloneo prememorato litteras ac privilegia tenore presencium ratificamus, approbamus, gratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus, decernentes eas et ea robur sue obtinere firmitatis. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum Cracouie feria secunda proxima post festum Purificacionis Marie anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo, presentibus Magnificis Iohanne de Thanczin Cracouiensi, Stanislao de Ostrorog Palatino Calischiensi, Petro de Curow Lublinensi, Dobeslao Kmitha de Wyszuycze Woynicziensi, Nicolao de Zakrzow Wisliciensi Castellanis, Nicolao de Brzesze Regni Polonie Marschalco, Nicolao Pyenyaszek de Withowicze Succamerario et Capitaneo Cracouiensi, alysque quam pluribus testibus ad premissa. Datum per manus Venerabilis et Eggregy (*sic*) Iohannis Luthkonis de Brzeze utriusque iuris doctoris, Sedis Apostolice Prothonotary et eiusdem Sacri palacy causarum auditoris, Archidiaconi Gueznensis et Regni Polonie Viceeancellary, nobis sincere dilecti.

Ad relacionem eiusdem Venerabilis Iohannis de Brzesze doctoris iuris utriusque, Archidiaconi Gueznensis, Regni Polonie Viceeancellary.

Oryginał na pergaminie w posiadaniu miasta Tarnowa; pieczęć oderwana, pozostały tylko szczątki sznura od niéj jedwabnego koloru białego i czarnego. Na odwrotnéj stronie pergaminu współczesny napis odmiennéj ręki:

liberacio Tharnow a Theloneo Cracouiensi perpetua per Kazimirum confirmata.

XCVII.

We Lwowie 31. Marca 1460 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza nadanie prawa niemieckiego udzielone miastu Drohobyczowi przez Władysława Jagiełłę.

Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus pariat detrimenta, alta regum et principum decreverunt consilia, ea literarum apicibus et testium annotacione perennare. Ad perpetuam igitur memoriam. In Nomine Domini Amen. Nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae necnon Culmensis, Elbingensis, Konigsbergensis et Pomeraniae terrarum haeres et dominus significamus tenore praesentium, quibus expedit universis praesentibus et futuris harum notitiam habituris: quomodo oblatam Maiestati

Nostrae instantem petitionem per providos consules et cives drohobicenses, fideles nostros dilectos, in se continentem accepimus, quatenus nonnullas praerogativas, donationes et iura eisdem civibus et advocato drohobicensi simultane, in solidum et in una littera privilegiali per Serenissimum genitorem nostrum carissimum dominum Vladislaum Regem Poloniae etc. fidelis recordationis donatas et donata, concessas et concessa specialibus litterarum nostrarum apicibus de benignitate Regia transferre, praebere et concedere dignaremur, affirmantes propter absentiam et difficultatem eiusdem advocati drohobicensis privilegialem litteram sic eis in solidum donatam eorum necessitati et utilitati minime inservire. Ideo inhaerentes et innitentes litteris privilegialibus praelibati genitoris nostri domini Regis Vladislai, cupientes dictae civitati drohobicensi in terris Russiae sitae conditionem facere meliorem, ipsam, prout in suis metis et limitibus longe, late et circumferencialiter est distincta et ab antiquo limitata, de iure polonico, ruthenico et quovis alio in ius theutonicum, quod magdeburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum, removentes ibidem omnia iura polonicalia, ruthenicalia, modos et consuetudines universas, quae ipsum ius theutonicum magdeburgense praedictum consueverunt perturbare; eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus omnes et singulos cives et incolas ipsius civitatis ab omni iurisdiccione et potestate omnium regni nostri palatinorum, castellanorum, capitaneorum, iudicum, subiudicum et quorumvis officialium et ministerialium eorundem, ut coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, incendii, sanguinis effusione, homicidii, membrórum mutilacionis et quibusvis aliis enormibus excessibus citati minime respondebunt nec aliquas paenas tenebuntur solvere, sed tantum dictae civitatis cives et incolae eiusdem coram advocato eorum, qui pro tempore fuerit, respondere teneantur. In causis autem capitalibus et criminalibus superius expressis cives et incolae memoratae civitatis in metis et graniciebus iudicandi, sentenciandi, puniendi, corrigendi, decollandi, plectendi et condemnandi plenam et omnimodam habebunt facultatem, prout hoc ipsum ius theutonicum magdeburgense praedictum in omnibus suis punctis, sententiis, conditionibus, articulis et clausulis postulat et requirit. Insuper quotiescunque opus fuerit et necesse ligna excidere et putare ad instauranda domicilia et aedificia quibuslibet civibus et incolis ipsius civitatis drohobicensis, unicuique pro suis opportunitatibus de silvis, boris, nemoribus, gays nostris succidendi, ducendi et deducendi plenam et liberam concedimus praesentibusque damus facultatem, ut civitas praedicta nostris suffulta munificenciis tanto praestantius et uberius specialis praerogativa favoris locari valeat atque possit. Harum quibus sigillum nostrum praesentibus est subappensum testimonio litterarum. Actum in Leopoli feria secunda post dominicam Iudica anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo, praesentibus Reverendissimis et Reverendis in Christo patribus dominis Gregorio Archiepiscopo Leopoliensi et Nicolao Episcopo Came-

necensi necnon Magnificis et Generosis Stanislao de Ostrorog Calissiensi, Derslao de Rytwiany Siradiensi, Andrea Odrowanz de Sprowa Leopoliensi Palatinis, Petro de Szamotuly Poznaniensi, Nicolao de Zakrzow Visliciensi, Michaele Muzylo Camenecensi Castellanis, Nicolao Gologorski Succamerario, Georgio Strumilo Vexillifero Leopoliensibus, Petro Dunin de Prawkowice Curiae Regni Altissimo Marschalco, Nicolao Chrzanstowski Tribuno Cracoviensi, Ioanne Strzalkowski Supremo Cubiculario et aliis quam plurimis ad praemissa fide dignis. Datum per manus Venerabilis et Egregii Ioannis de Brzezie Doctoris utriusque iuris, Sedis Apostolicae Protonotarii et eiusdem sancti Palatii Causarum Auditoris, Archidiaconi Gnesnensis et Regni Poloniae Vicecancellarii, nobis sincere dilecti.

Relacio eiusdem Venerabilis et Egregii Ioannis de Brzezie Doctoris utriusque iuris, Apostolici Protonotarii et eiusdem Causarum Auditoris, Archidiaconi Gnesnensis, Regni Poloniae Vicecancellarii.

Wydrukowano podług odpisu przesłanego wydawnictwu i zrobionego przez p. Promińskiego z Drohobycza według potwierdzeń króla Stefana z r. 1578 i Jana Kazimierza z r. 1650, znajdujących się w archiwum miasta Drohobycza (nr. 32 i 47).

XCVIII.

W Krakowie 22. Czerwca 1461 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza przywileje miasta Starego Sącza objaśniając je i modyfikując.

In nomine Domini Amen. Ne gesta hominum sub tempore versancia oblivio rapiat, sagax Regum et Principum providencia constituit, ea literarum apicibus annotacioneque testium perhennare. Ad perpetuam igitur rei memoriam. Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie, necnon Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, Magnus Dux Lithwanie, Russie Prussieque necnon Culmensis, Elbingensis, Konigsbergensis et Pomeranie terrarum heres et dominus, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, harum noticiam habituris: quomodo oblata Maiestati nostre peticio pro parte circumspectorum opidanorum de Antiqua Sandecz fidelium nostrorum dilectorum continebat, quatenus de innata benignitatis nostre clemencia eisdem literas privilegiales, per predecessores nostros largitas et demum confirmatas et approbatas favorose confirmare,

approbare, renovare et ratificare dignaremur. Cuiusquidem privilegy tenor sequitur in hunc modum:

Tu następuje przywilej Kazimierza W. z r. 1358 z konfirmacyą Władysława Jagiełły z r. 1415, oddrukowane powyżej nr. II i XXXV, poczem idzie dalej potwierdzenie:

Nos igitur prefatus Kazimirus Rex annuentes huiusmodi peticioni iuste et honeste, literas privilegiales presentibus introscriptas in omnibus suis punctis, articulis, condicionibus et clausulis generose approbamus, innovamus, gratificamus, ratificamus et confirmamus tenore presencium mediante perpetue et in evum. Articulum vero in littera originali presentibus inserta contentum de salis centenariorum empcione in zuppis nostris Wyeliciensi aut Bochnensi per prefatos opidanos de Antiqua Sandecz fienda ita moderamus, declaramus et presentibus decernimus perpetue observandum: quod Zuppary nostri Bochnenses et Wyelicienses moderni et qui pro tempore fuerint, prelibatis opidanis de Antiqua Sandecz quatuor centenarios salis, quod in terram Cipsiensem ducere et vehere voluerint, pro uno floreno hungaricali, tociens quociens opus fuerit, dabunt, extradent et consignabunt; eo modo, ordine et posicione, quemadmodum et incolis seu vectoribus de terra prefata Cipsiensi dicti centenary salis in zuppis nostris prefatis vendendum et dandum sunt soliti et consueti. In quorum fidem et testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum Cracouie feria secunda ante festum Sancti Iohannis Baptiste proxima anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, presentibus Reverendis patribus et dominis necnon Magnificis et Generosis Iohanne Episcopo Wladislauiensi Cancellario, Iohanne de Brzesze Utriusque Iuris doctore Electo Ecclesie Craconiensis Vicecancellario Regni Polonie, Andrea Odrowansz de Sprowa Palatino Leopoliensi et Capitaneo Russie, Stanislao de Chotecz Castellano Leopoliensi et Capitaneo Haliciensi, Nicolao de Brzesze Marschalco Regni Polonie, Iacobo de Dambno Vicethezaurario Regni Polonie, Nicolao Pyenaszek de Wyttouicze Succamerario et Capitaneo Cracouiensi, Nicolao Beszath Curie nostre Marschalco ac alys quam pluribus testibus circa premissa. Datum per manus eorundem patrum dominorum Iohannis Episcopi Wladislauiensis Cancellary, Iohanne (*sic*) de Brzesze Utriusque Iuris doctoris Electi Ecclesie Cracoviensis Vicecancellary Regni Polonie, nobis sincere dilectorum.

Relacio eiusdem Reverendi patris domini Iohannis de Brzesze utriusque Iuris doctoris, Electi Ecclesie Cracoviensis, Regni Polonie Vicecancellary.

Oryginał na pergaminie w posiadaniu miasta Starego Sącza w jedném tylko miejscu trochę uszkodzony; pieczęć oderwana, pozostał sznur jedwabny koloru białego, ciemno-czerwonego i niebieskiego. W dacie wpisanego w ten dyplomat przywileju Kazimierza W. z r. 1358 przerobione

zostały litery *tr* w wyrazie *tricentesimo* na *d*, tak iż powstało dicentesimo: przerobienie to można dostrzedz przy uważném wpatrzeniu się, jednak *d* jest jakby tym samym atramentem wpisane, i to uwiodło następnych pisarzy kancelaryjnych, że we wszystkich późniejszych potwierdzeniach dają temu przywilejowi datę 1258 r. Potwierdzenia takowe w posiadaniu miasta Starego Sącza, zawsze z tym błędęm, są następujące: Stefana z r. 1583, 17. Stycznia w Krakowie, oblatowane w grodzie Sandeckim 1602 r.; Zygmunta III z 30. Sierpnia 1621 r. w Warszawie; Michała z 17. Czerwca 1671 r. w Warszawie; Jana III z 5. maja 1690 r. w Warszawie, oblatowane w grodzie Sandeckim 1722 r.; Augusta z 1. Grudnia 1722 w Warszawie, oblatowane w grodzie Sandeckim 1731 r.; Augusta III z 30. Stycznia 1749 r. oblatowane w grodzie Sandeckim tegoż samego r. 1749.

XCIX.

(W Zimnéjwodzie) 16. Listopada 1461 r.

Jan Gołąmbek, dziedzic Zimnéjwody, sprzedaje sołtysostwo w Zimnejwodzie Stanisławowi z Kraśnika za 30 grzywien.

(I)N Nomine domini Amen. Decet Munificenciam dominorum suorum subditorum comodis et utilitatibus intendere, ut dum eorum profectibus invigilent, ipsos in honoris sui promocione et serviciys sencient proniores, proinde Ego Iohannes Golambek heres in Zymnawoda [1]) ad perpetuam rei memoriam tenore presencium volo devenire: quomodo inspecta probitate Nobilis Stanislai de Crassnyk, fidelibus ac comendabilibus mihi obsequys exhibitis auctoque studio eiusdem fidelitatis in posterum exhibendis, existens sanus mente et compos racionis, prehabito eciam meorum amicorum consilio maturo, de mee munificencie gracia speciali, eidem Stanislao in bonis meis hereditarys ville Zymnawoda scholteciam vendidi pro triginta marcis communis pecunie numeri polonicalis, in quamlibet marcam quadraginta octo grossos computando; ad quam scholteciam eidem Stanislao et suis legittimis successoribus super novaradice infra decursum aque prefate ville Zymnawoda versus piscinam dictam Rudnystaw addidi et donavi tres laneos extirpandum, in quibus laneis debet et debent habere plenitudinem et perfectionem alias delne lany; et inter iam predictos laneos piscinam paratam eciam donavi; et si in dictis tribus laneis sunt aut fieri contingat loca inabilia ad colendum sive seminandum, eadem loca predictus scholtetus ad alios usus sibi placitos sine kmethonum et incolarum preiudicio convertere poterit et convertet, scilicet piscinas locare, prata fundare, stagna et palides *(sic)* aquis adimplere,

[1]) Zimnawoda, wieś w powiecie lwowskim.

pisces multiplicare, rubeta reservare; eidem eciam scholtecie ac prefato Stanislao cum ipsius legittimis successoribus addidi et donavi pratum bonum, incipiendo a silva dluge et prato meo usque ad vallem dolyna penes viam, que ducit in Malczycze [1]) et quercu insecto; et causa fidelitatis ipsius Stanislai, quia promisit mihi homines vocare et agros extirpare in dicta mea hereditate villa Zymnawoda concessi et donavi ortos facere et edificare et hoc quantumcunque poterit, et in dictis ortis homines, cuiuscunque condicionis sive sexus fuerint, collocare; qui sic locati ortulani sibi Stanislao et ipsius legittimis successoribus quolibet per unum grossum magnum comunis pecunie solvere astringentur, michi tamen et meis successoribus predicti ortulani eciam quolibet anno quatuor dies in una persona laborare compellentur. Item predictus Stanislaus et eius legittimi successores de censu capitali kmethonum, demptis thabernarum censibus, sextum denarium et de penis iudicialibus tercium habebit et habebunt, quem censum scholtetus a kmethonibus colliget et domino, michi aut meis posteris presentabit, ibique suam sextam partem recipere debet. Item pro mensa speciali tantum in piscina dicta Rudnystaw ferys sextis et vigilys sanctorum sive quatuor temporum cum parvo rethi alias wlokem pisces piscari dono et concedo, meos successores legittimos hoc non infringere obligando. Item de speciali gracia donavi et concessi, quod ipse Stanislaus et eius successores a quacunque expedicione generali sunt et erunt exempti, nec aliquo iure pro quacunque causa mihi et meis posteris debet iustificari, solummodo coram scholtetis iure scholtetorum; insuper isto apposito, quod dictus Stanislaus in predicta mea villa Zymnawoda ex utraque parte fluvy versus piscinam Rudnystaw habebit et habet laneos perfectos, quotquot poterit extirpare, et homines locare super radice nova; quibus hominibus propter agros extirpandos a data presentium decem et octo annos concedo inclusive, infra quos annos libertatis michi et meis successoribus ad ullum laborem et neque exaccionem sive dacionem non debent compelli nec asstringi; sed libertate sive annis octo decem finitis, secundum ritum et consuetudinem aliorum kmethonum censum dabunt, de uno quoque videlicet laneo viginti grossos magnos comunis pecunie, et de medio laneo decem grossos, unum truncum avene, duos gallos, duos caseos, duodecem ova et in labore de laneo novemdecem dies et de medio laneo decem dies laborabunt; predicti vero incole prefate ville Zymnawoda in silvis habent et habebunt ad omnes usus de lignis libertatem, similiter venaciones et aucupaciones. Ipse eciam Stanislaus et ipsius successores ad edificandum, vendendum, fruendum libertatem habent, similiter in venacionibus omnium ferarum, aucupacionibus omnium avium perpetue habebunt. In cuius rei testimonium sigillum meum

---

[1]) Malczyce wielkie i małe, wsie w powiecie grodeckim.

presentibus subappendi. Presentibus, honorabili, nobili, providis viris Laurentio de Zyrawicze, Petro Golabek (*sic*), Stanislao Mlotho viceadvo(*ca*)to, Andrea Passchenko, Stanislao Schuchorz, Iohanne Skorznya, Paulo Kochan, Iohanne Dersch iuratis in Zymnawoda. Actum et datum feria secunda post sancti Martini Anno domini M°CCCC°LX primo, presentibus ut supra ac alys multis fidedignis.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. IX. Nr. 6). Na jedwabnym sznurze koloru czerwonego, zielonego i niebieskiego zawieszona pieczęć wyciśnięta na zielonym wosku a przedstawiająca herb Gryf, napis nieczytelny.

C.

W Nowém Mieście Korczynie 12. Grudnia 1461 r.

Kazimierz Jagiellończyk pozwala mieszczanom krośnieńskim zakładać podziemne wodociągi i sprowadzać skądkolwiek wodę do miasta, atoli bez uszczerbku dla mlynów królewskich.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia gestis sub tempore versantibus, ne a memoria decidant, sagax homini condicio stili artificio et testium annotacione assolet subvenire, proinde Nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis tam presentibus quam futuris, harum noticiam habituris: quomodo volentes opidi nostri Croszno condicionem facere meliorem illudque amplificare et in uberiora comoda conducere cupientes, providis ac circumspectis Magistrocivium, Consulibus ac Civibus opidi nostri memorati modernis seu alys in futurum pro tempore existentibus, cannalia (*sic*) aque ibidem per concavitates subterraneas ducende in ipso opido nostro Croszno pro eiusdem usu, necessitate amplificacioneque et uberiori comoditate parandi, faciendi, construendi et erigendi, necnon aquas quascunque pro ipsis canalibus iuxta necessitatis exigenciam undecunque locorum sine tamen preiudicio et gravamine nostrorum ibidem molendinorum, quacunque arte ducendi et trahendi. Eadem quoque postquam in aliqua sui parte forent rupta vel destructa reparandi et instaurandi more civitatum et opidorum aliorum Regni nostri dedimus, conc(*es*)simus, damusque concedimus, conferimus et largimur plenam et omnimodam tenore presencium facultatem et irrevocabilem liberta(*tem perpetu*)is temporibus duraturam. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio

literarum. Actum in Noueciuitatis Convencione Sabbatho post festum Concepcionis Marie virginis gloriosissime anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, presentibus ibidem Reverendis in Christo patribus dominis Iohanne Wladislauiensi et Regni Polonie Cancellario, Andrea Poznaniensi, Iohanne Chelmensi Episcopis, necnon Magnificis et Generosis Iohanne de Thanczin Castellano Cracouiensi, Luca de Gorka Poznaniensi, Iohanne de Pylcza Cracouiensi, Stanislao de Ostrorog Calischiensi, Derslao de Rithwyani Sandomiriensi, Sandiuogio de Laszenycze Siradiensi, Petro de Opporow Lanciciensi, Andrea Odrowansz de Sprowa Leopoliensi et Capitaneo Russie, Hriczkone de Pomorzany Podolie Palatinis, Petro de Gay Calischiensi, Hyncza de Rogow Sandomiriensi, Iohanne de Calynowa Siradiensi, Thoma de Sobotha Lanciciensi, Petro de Curow Lublinensi, Dobeslao Kmytha de Vysznycze Voynyczensi Castellanis et alys quam pluribus testibus circa premissa. Datum per manus Reverendi patris domini Iohannis de Brzesze utriusque iuris doctoris, Electi Ecclesie Cracouiensis et Regni Polonie Vicecancellary, nobis sincere dilecti.

Relacio eiusdem Reverendi patris domini Iohannis de Brzesze iuris utriusque doctoris, Electi Ecclesie Cracouiensis, Regni Polonie Vicecancellary.

Oryginał na pergaminie starannie pisany, w jedném miejscu nieco uszkodzony, znajduje się w archiwum miasta Krosna, pieczęć wraz ze sznurem, na którym wisiała, oderwana. Na odwrotnéj stronie kilka napisów, z tych najdawniejszy, współczesny:

Super Canalia aque in Crosna;

dwa późniejsze z wieku XVI.

1) Coram Revisoribus exhibitae et lectae per eosdem.

2) 1566
18 die Iuly
oblata et revisa in Conventu
Generali Regni Lublinensi.

Ten sam dokument według tego samego oryginału, lecz z kilku niedokładnościami i opuszczeniami drukował Wolański Franciszek w Dod. tyg. do Gaz. Lwowskiej 1853 r. 33 nr.

CI.

We Lwowie 19. Czerwca 1462 r.

Mikołaj, Przeor zakonu OO. Dominikanów lwowskich, za zgodą innych członków konwentu tego sprzedaje pracowitemu Dawidowi młyn w Zaszkowie za 14 grzywien monety polskiéj.

Ad perpetuam rei Memoriam. Notum sit universis et singulis tam presentibus quam futuris quibus expedit, quod nos fratres videlicet Nicolaus Cingulatoris, Prior Leopoliensis et Contratarum Russie, Podolie et Littvanie Vicarius Generalis Ordinis predicatorum, frater Nicolaus Carpentary supprior, frater Nicolaus Szenienszky Sacre theologie Lector et Predicator Polonorum, frater Nicolaus Leonis, frater Nicolaus Cingulatoris Cantor, frater Thomas Cantor, frater David, frater Iohannes, frater Petrus Iogelnig, frater Bartholomeus ceterique fratres dicti Conventus, vendimus molendinum nostrum in Zaczkow [1]) laborioso David sibi suisque successoribus hereditarie pro XIIII marcis monete et numero polonicali (*sic*). In quo molendino ipse David habebit terciam partem de omni grano. Ad molendinum spectabunt hec, videlicet campum (*sic*), quod iacet inter molendinum et aggerem vel piscinam dicti molendini Zascoviensis in longitudine, in latitudine autem a fossato vel transitu aque, que fluit super molendinum usque ad rippam, que vadit de piscina usque ad certum flumen Roketnicza, dictus David libere potest nemus et rubeta extirpare et ad usus suos, prout sibi David melius videbitur expedire, et cum hoc in Paczow medietatem pratus, videlicet a fossato incipiendo posteriorem partem usque ad silvam. In silva autem prenominatus David potest iam dictum pratum extirpare et dilatare, prout melius potest et vult. Attinencia vero ferrea minora, videlicet oskardi, ipse David comparare et reformare debet, ferramenta vero maiora alias wrzeczew, paprzycza, czopi de communitate. Similiter in omni edificio molaria et omnia alia conventus tenetur dare duos grossos et ipse David vel posteri ipsius tercium grossum vel duos homines et molendinator tercium. Eciam ortus iacens ex opposito molendino versus villam Zascow, eciam pratum inter piscinam et stagnum Czyrnyawa ad supranominatum molendinum pertinebit, et iam de facto pertinet. Actum et datum Leopoli Sabbato infra octavas Corporis Christi anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, presentibus famosis viris et dominis Martino aurifabro, Petro pellifici et Circumspecto Andrea Sculteto de Zarudze necnon laboriosis Nicolao de Zarudcze, Zan de Zascow et alys quam pluribus fide

---

[1]) Zaszków, wieś w powiecie lwowskim.

dignis. In robur et testimonium premissorum sigillum conventus nostri Leopoliensis presentibus est appensum.

Dokument ten został poświadczony i odnowiony z częściową zmianą w niektórych punktach 20. Listopada 1544 r.; poświadczenie brzmi jak następuje:

In Nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Frater Iohannes a Cracovia Cursor Sacre Theologie Conventus Corporis Christi in Leopolim (*sic*) Prior Ordinis Predicatorum, frater Stanislaus Radwan eiusdem Facultatis Magister, frater Mathias Supprior, frater Marianus Cursor et Predicator, frater Iacobus Noviciorum Magister et Sacrista, frater Stephanus Organista, et ceteri fratres omnes et singuli notum facimus universis et singulis, quibus interest vel intererit, quomodo anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto, die vero vigesima Novembris, exposite sunt coram nobis bine litere et privilegia per Thomam subditum nostrum molendinatorem ville nostre in Zaczkow, quarum utraque continebant in se vendicionem molendini a Prioribus diversis et toto Conventu factam in dicta villa nostra Zaczkow certis sub limitacionibus, suis legittimis antecessoribus. Et posteriores quidem litere per Patrem Michaelem Burza, Sacre Theologie Lectorem, Priorem Conventus prefati, Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto date, plurimis in articulis et punctis viciate, extraneoque sigillo a vero Conventus sigillo premunite sunt, sui hinc suspicionem non mediocrem attulerunt. Ob eam itaque rem tanquam suspecte a nobis sunt cassate. Priores vero litere, per fratrem Nicolaum Cingulatoris Priorem supra Conventus nominati date, anno et die inferius expressis, quoniam proprio Conventus nostri sigillo sunt munite et obsignate, ad instantes Thome prefati subditi nostri preces eas approbavimus et confirmavimus, et paucis emendatis exnunc approbamus et confirmamus ac confirmatas esse volumus; a qua confirmacione a dicto Thoma quatuor marcas polonicales accepimus, duximus eciam ob meliorem firmitatem eas hys nostris inscribere de verbo ad verbum in hunc modum, qui sequitur et est talis:

Tu następuje powyżéj oddrukowany dokument; potém potwierdzenie brzmi daléj:

Et quia in premissis literis nonnulla manca sunt vel non mediocrem defectum habent, ideo hys hec subsequencia firmiter tenenda adiecimus. In primis quidem medium laneum agri Czepkowszki nuncupati eidem molendino addimus et appropriamus. Ipse vero molendinator et successores sui prefatum molendinum (si quo casu) videlicet putredine seu igne vel impetu violento destructum fuerit vel corruptum, deinceps cum omnibus alys necessarys et pertinencys ad molendinum proprio sumptu et impensis reedificare et construere tenebitur et est astrictus, tociens quociens opus fuerit. Ne tamen in hac parte molendinator pro tempore existens nimium in edificys sit gravatus, lapidem molarem et robora seu ligna pro edificio dicti molendini neccessaria, in silvis nostris vel alibi per eundem molendinatorem parata et disposita, conventus ad locum destinatum vehere et

adducere tenebitur. Et in quantum in aliquo dictus molendinator aut sui successores essent rebelles aut protervi et inutiles Conventui, ex tunc Prior et Conventus habebit facultatem, summa in literis vendicionis expressa sibi reposita, ius suum reppetere, et in proprios usus convertere, nullis in contrarium obstantibus. In cuius rei firmitatem et robur ac testimonium presentibus sigillum Conventus nostri appendimus. Actum et datum Leopoli nostris in edibus anno et die supra expressis.

Oryginał na pergaminie w bibl. OO. Dominikanów lwowskich niedbale pisany i w kilku miejscach przez wilgoć uszkodzony. Pieczęć oderwana.

CII.

W Piotrkowie na sejmie 25. Listopada 1462 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza na proźbę Jana Korytki z Rychcic darowiznę wsi: Poczajowice i Gaje niższe i wyższe przez Władysława Jagiełłę Stanisławowi Korytce uczynioną.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Humanorum factum facta facili pereunt memoria, nisi literarum apicibus testiumque fidedignorum sufficienti testimonio fuerint perennata, proinde nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Pomeraniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae Prussiaeque dominus et haeres significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis praesentibus et futuris, praesentium notitiam habituris: quomodo in nostrae Majestatis et consiliariorum nostrorum huic conventioni lateri nostro assidentium pro parte Nobilis Joannis Korytko de Rychcice fideliter nostri dilecti Nobis est debita cum instantia supplicatum, quatenus privilegium ipsius Serenissimi Principis Domini olim Wladislai Regis Poloniae ac genitoris nostri carissimi super bona haereditaria, videlicet villas Poczajowice et binos Gaje [1]), in terra Russiae et districtu Drohobycensi sitas, per eum nunc tentas, approbare, confirmare et ratificare dignaremur. Cujus quidem privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur in haec verba:

Tu następuje przywilej Władysława Jagiełły z r. 1409 wydrukowany powyżej pod nr. XXII, poczem potwierdzenie brzmi dalej:

Nos itaque supplicationibus et petitionibus praefati Joannis Korytko, tanquam justis et consonis annuentes, praefataque litera privilegii visa, intellecta et bene auscultata,

---

[1]) Porównaj tomu tego nr. XXII.

omnique suspicione et cancellatura prorsus carenti, de consilio praefatorum consiliariorum nostrorum et eorum unanimi voluntate accedentes, eandem ratificavimus, approbavimus et confirmavimus, ratificamusque, approbamus et confirmamus, decernentes, ipsam in omnibus et singulis punctis, articulis, clausulis et conditionibus robur perpetuae firmitatis obtinere praesentibus; harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum in Piotrkow in Conventione generali feria quinta ipso die Sanctae Catherinae anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, praesentibus ibidem Reverendissimo et Reverendis, Joanne Dei gratia Sanctae Ecclesiae Gnesnensis Archiepiscopo et Primate, Andrea Episcopo Posnaniensi, ac Magnificis et Generosis Joanne de Tanczin Castellano Cracoviensi, Joanne de Pilcza Cracoviensi, Luca de Gorka Posnaniensi, Derslao de Ritwiany Sandomiriensi, Stanislao de Ostrorog Calissiensi, Sandivogio de Lazennicze Siradiensi, Petro de Oporow Lanciciensi, Nicolao de Koscielec Brzestensi, Joanne de Koscielec Juniwladislaviensi, Andrea de Sprowa Leopoliensi et Capitaneo Russiae, Stanislao de Chotecz Podoliae Palatinis; Hinca de Rogow Sandomiriensi, Petro de Gay Calissiensi, Joanne Zaremba de Kalinowa Siradiensi, Thoma de Sobota Lanciciensi, Andrea de Kretkow Brzestensi, Petro de Moszczana Dobrzinensi, Cristino de Smolsko Juniwladislaviensi Castellanis. Datum per manus Reverendi patris domini Joannis Episcopi Wladislaviensis et Regni Poloniae Cancellarii, sincere Nobis dilecti.

Ad relationem ejusdem Reverendi patris domini Joannis Episcopi Wladislaviensis et Regni Poloniae Cancellarii.

Dokument ten potwierdzony został przez Zygmunta III, 31. Stycznia 1605 r., i w tém potwierdzeniu oblatowany w ziemstwie przemyskiem 20. Października 1616 r. Drukowano według wypisu z oblaty porównanego z samą oblatą w Acta Terrestr. Premisl. Ks. 84. fol. 757—764.

CIII.

W Krakowie 11. Czerwca 1464 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza zapis Jana Podgrodskiego z Dembicy trzeciéj części jego majątku, uczyniony na korzyść braci Mikołaja, Piotra i Jana z Latoszyna.

Kazimirus dei gracia rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo veniens ad conspectum Magestatis nostre, generosus Iohannes Podgrodsky de Demby-

cza [1]), terrigena noster fidelis, dilectus, non compulsus, non coactus, nec aliquo errore devio seductus, sed sanus mente et corpore existens, animique plena fruens racione, recognovit et per expressum fassus est, quia terciam partem omnium bonorum suorum hereditariorum, mobilium et immobilium, que nunc habet vel inposterum quocunque in regno nostro habiturus est, nobilibus Nicolao, Petro et magistro Iohanni fratribus germanis, patruelibus vero suis de Lathoschyn [2]) heredibus, donacione perpetua et irrevocabili dedit, donavit, reformavit et inscribsit (*sic*), datque donat, reformat et inscribit tenore presencium mediante per ipsos Nicolaum, Petrum et Iohannem fratres ac ipsorum successores legittimos cum omni iure, proprietate et dominio necnon fructibus, censibus, proventibus, agris, pratis, ortis, campis, silvis, nemoribus, indaginibus, querecetis, pinetis, dumetis, rubetis, aucupacionibus, venacionibus, mellificys, fluviis, fluminibus, lacubus, stangnis, traconibus, aquis et earum decursibus, molendinis et eorum emolimentis et generaliter cum omibus et singulis attinencys, pertinencys ac obvencionibus eorumdem bonorum tercie partis, ut prefertur, universis, tenendum, habendum et possidendum ea condicione apposita et interiecta, quod si prefatus Iohannes Podgrodsky absque prole sua propria et legittima masculina aut feminina ab hac luce decesserit, prolem ipsam quamcunque ipse Iohannes Podgrodsky in posterum habiturus erit aut habebit et eandem prolem ipsam decedere vel mori contingerit, tunc ipsa donacio sorcietur robur perpetue firmitatis. In quamquidem donacionem et reformacionem tercie partis omnium bonorum suorum hereditariorum, sic per predictum Iohannem Podgrodsky factam, donatam, reformatam, inscriptamque et per nos presentibus litteris approbatam, ipsi prefati Nicolaus, Petrus et magister Iohannes de Lathoschyn et eorum legitimi successores, nulla obstante prescripcione terrestri, immediate sic post mortem aut decessum ipsius Iohannis Podgrodsky aut prolis ipsius inequitabunt autoritate nostra regia et inequitantes tenebunt, habebunt et possidebunt iure predicte et irrevocabilis donacionis, coram nobis facte, perpetuo et in evum, cui quidem donacioni et reformacioni, sic coram nobis factis, annuentes, volumus, eas robur obtinere perpetue firmitatis. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio litterarum. Datum Cracouie feria secunda ante festum sancti Viti anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Relacio venerabilis Vincency Kyelbassza cancellary poznaniensis.

Pergaminowy oryginał z pismem wypełzniętem w Zakł. Nar. Im. Ossol. Pieczęć wraz z paskiem, na którym wisiała, oderwana.

---

[1]) Dembica, miasteczko w powiecie pilznieńskim.
[2]) Latoszyn, wieś w powiecie pilznieńskim.

CIV.

W Jarosławiu 21. Stycznia 1467 r.

Spytek z Jarosławia, podkomorzy przemyski, wraz z Mikołajem z Nowego Miasta Korczyna, plebanem w Jarosławiu, fundują i uposażają altaryą SS. Katarzyny, Barbary i Agnieszki przy kościele parafialnym Wszystkich Świętych w Jarosławiu.

In nomine Domini amen. Ex quo ab humana facilius labuntur memoria, que nec vivaci literarum presidio nec testium perhennantur, cognoscant itaque sane presentes et posteri, ad quos presencium dirigetur intellectus, quod nos Spitko de Iaroslaw, Succamerarius Terre Premisliensis generalis, unacum honorabili domino Nicolao de Nova Civitate alias de Corczin, arcium baccalaureo, nostro plebano de Iaroslaw, considerantes, quia hic civitatem non habemus manentem, instanterque pro celesti insudare cupientes, ad quam non alia devenitur via, nisi per opera pya, nostro nostrorumque amicorum sano freti consilio, pro remedio nostre nostrorumque predecessorum ac posterorum anime, in honorem Dei omnipotentis sueque genitricis gloriose ac eius visitacionis et suarum sanctarum, videlicet Katherine, Barbare et Agnetis, altare supra in choro in eclesia parrochiali omnium sanctorum in Iaroslaw duximus errigendum, fundandum, ac presentibus erigimus et fundamus, debitisque ac congruis ipsum et eius altaristam, racione eius laborum fructibus et utilitatibus obmuneramus, tali sub tenore: Quod nos Spitko predicto altari et eius altariste pro tempore existenti temporibus perpetuis in eternum irrevocabiliter duraturis in nostro Iaroslaviensi teloneo octo marcas comunis peccunie in regno Polonie currentis, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, donavimus, dedimus et vigore presencium donamus et assignamus, ad quodlibet ipsius anni quartale singulis annis altariste prescripti altaris per duas marcas largituras. Si autem dictum nostrum theloneum, quod absit, per aliquem hominum aliquo modo impediretur, sic quod propter huiusmodi impedimentum ex eo prefate octo marce predicto altari et eius altariste non possent exire, extunc eas abs omni negligencia in omnibus nostris censibus, tam civilibus quam eciam villanis vel quibuscunque alys ad Iaroslaw spectantibus, dicto altari et eius altariste pro tempore existenti ad largiendum assignamus, et vigore presencium appropriamus. Prenominatus vero honorabilis dominus Nicolaus medium laneum, in quo eclesia beate virginis cum capella est constructa, ipso duntaxat loco, in quo est cimiterium, excepto, contiguum laneo Sideronis ex una, et laneo medio altariste sanctorum Stanislai

et Nicolai confessorum altaris, partibus ex altera, per ipsum prefatum dominum Nicolaum proprys peccunys emptum, ac per nos ab omnibus nostris nostrorumque successorum censibus, laboribus et quibusvis alys proventibus liberatum et exemptum, ortum cum allodio ante civitatem versus eclesiam beate virginis, inter ortos Pauli Noszovicz et Martini Generi magistri ex una et Iordankonis situm partibus ex altera, similiter per ipsum dominum Nicolaum emptum, ac per nos ab omnibus nostris dacionibus et proventibus liberatum, domum inter cimiterium ex una, et domum Alberti Mygacz iacentem partibus ex altera, eodem modo per ipsum emptam et funditus constructam ac per nos ab omni iure civili, exaccione liberatam, ex consensu nostro dedit, donavit, appropriavit et vigore presencium dat, assignat et apropriat, tali tamen condicione adiecta, quod dictam domum duo altariste, videlicet altarista huius prescripti altaris et altarista altaris sanctorum Stanislai et Nicolai per medium debent habere et possidere ac de ea ambo in ea habitando et manendo equaliter participare tam diu, quousque alia domus specialis pro aliquo eorum erigetur et construetur. Racione cuius donacionis et dotacionis prefato altari et eius altariste pro tempore existenti, ut premittitur, per nos ac predictum honorabilem dominum Nicolaum facte, ipse dominus altarista antedicti altaris pro tempore existens primo et principaliter pro nostra nostrorumque predecessorum, videlicet Magnifici domini Spitkonis de Iaroslaw, pallatini Sandomiriensis, avi nostri, Sandochne consortis eius, Magnifici domini Raphaelis Castellani Voynicyensis progenitoris nostri et Anne consortis eius matris nostre, Iohannis et Spitkonis patruorum nostrorum, Iohannis et Raphaelis fratrum nostrorum et omnium nostrorum successorum, ac prefati honorabilis domini Nicolai plebani, Iohannis patris eius et Dorothee matris, necnon suorum benefactorum, videlicet nobilis domini Nicolai Pthaczek, Smichne consortis eius, salute, annis perpetuis hebdomadis singulis quibuscunque diebus poterit tres missas, tali sub ordine: in prima septimana primam missam de sancta Katherina, secundam pro defunctis, terciam vero, quam diu in humanis perstiterimus, pro peccatis, nobis autem ex hac luce migrantibus, eam mutando in missam pro defunctis; in secunda septimana primam de sancta Barbara, secundam pro defunctis, terciam vero eodem modo, quam diu vixerimus, pro peccatis, sed nobis ab hac vita sublatis, eam mutando in missam pro defunctis; in tercia septimana primam de sancta Agnete, secundam autem et terciam sicut et in precedentibus septimanis; et sic in alys consequenter in eternum septimanis sicut et in primo expressis, eundem ordinem servando, et unas quibuslibet hebdomadis pro defunctis vigilias; et in quolibet quartali ipsius amni *(sic)* unum psalterium quacumque die legere et explere tenebitur et erit astrictus. Hoc eciam adiungendo, quod predicti altaris altarista, quicumque pro tempore existat, in festis summis, videlicet Nativitatis, Resureccionis Christi, Penthecostes, Corporis Christi, Assumpcionis virginis Marie et in die omnium Sanctorum, propter vicariorum circa alios labores occupacionem, plebano vel

cuicumque alteri summam missam celebranti indutus dalmatica ministrare circa altare sit astrictus. Insuper non omitendo, quod dictus altarista altaris prescripti, nulla gaudens beneficiorum pluralitate, sed semper presens ad altare prefatum existens, singulis diebus dominicis et festivis superpilicio indutus ob honorem Dei primas et secundas vesperas et quaslibet processiones tenebitur et vigore presencium annis perpetuis obligabitur visitare. Ut autem hec nostra dotacio et predicti altaris fundacio, de matura deliberacione et consilio habita, robur obtineat perpetue firmitatis, literam presentem nostri sigilli munimine iussimus roborari. Actum et datum in castro nostro Iaroslaviensi, feria quarta ipso die Sancte Agnetis anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, presentibus ibidem honorabilibus et nobilibus dominis, Iacobo de minori Czeszacin altarista de Iarosław, Nicolao de Szadek castri Iaroslawiensis prebendario, Iohanne Bobola de Tywna, Nicolao de Voczechovicze castri Iaroslaviensis procuratore, Andrea de Methel, Andrea de Chodivanicze et alys quam pluribus fidedignis.

Oryginał na pergaminie w Zakładzie nar. im. Ossolińskich, Nr. 31; pieczęć oderwana, pozostał tylko sznur skręcony z jedwabiu koloru niebieskiego, brunatnego i wiśniowego. Na odwrotnéj stronie pergaminu znajduje się kilka napisów; z tych ważniejsze: *Inscriptum per oblatam in acta Civilia Consularia 1621 d. 18 Aprilis*; a drugi: *Anno Domini 1743 mense Novembri in visitatione nostra generali ecclesiae Collegiatae Jaroslaviensis expedita praesens privilegium productum* a pod tém własnoręczny podpis X. Sierakowskiego, podówczas biskupa przemyskiego a następnie arcybiskupa lwowskiego, obrz. łac. *Venceslaus Episcopus.*

CV.

We Lwowie 8. Marca 1469 r.

Kazimierz Jagiellończyk pozwala mieszkańcom miasta Drohobycza korzystać z lasów królewskich, należących do ekonomii samborskiej.

Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae, Russiae Prussiaeque etc. dominus et haeres significamus tenore praesentium quibus expedit universis: quomodo pensatis et in animo nostro revolutis servitiorum praestantiis et probitatum assiduis mentis providorum consulum et oppidanorum totiusque communitatis oppidi nostri Drohobycz, nostrorum fidelium dilectorum, quibus se nostrae gratos exhibuerunt et acceptos exhibuerunt Maiestati, quorum praetextu volentes eosdem gratiae nostrae prosequi favoribus eorundemque conditionem facere meliorem, ipsis et eorum cuilibet de nostrae munificen-

tiae liberalitate usum lignorum et arborum cuiuslibet generis de borris, silvis et nemoribus ad oppidum nostrum dictum Sambor diu pertinentibus, pro aedificatione domorum ac structura emendaque [1]) ac restauratione eorundem necnon pro igne et foco ipsorum domorum necessariorum sive opportunorum excidendorum et conducendorum dedimus, donavimus contulimusque ac damus, donamus, conferimus et largimur praesentium tenore mediante. Pro tanto tibi Generoso Ioanni Odrowanz de Sprowa Dapifero Sandomiriensi et Capitaneo Samboriensi, nostro fideli dilecto, committimus eidem mandantes et omnino habere volentes, quatenus se huiusmodi nostrae donationi conformando eosdem nostros cives et oppidanos ac eorum communitatem et suburbanos drohobicenses ad liberam et benevolam excisionem et conductionem arborum et lignorum, sicut praemittitur, pro aedificatione et restauratione domorum ipsorum ac necessitate ignis et foci de praenominatis silvis et borris universis ad praetactum oppidum nostrum Sambor spectantibus iuxta modum, formam et continentiam aliarum nostrarum litterarum ipsis desuper superiori tempore concessarum admittas et admittere debeas ac eosdem in excisione et conductione ipsorum arborum et lignorum nulla turbare, inquietare et molestare ausurus sis ratione, gratiae nostrae sub obtentu aliter facturus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum in Leopoli feria quarta ante dominicam Laetare anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Relatio Venerabilis Alberti de Zychlin Regni Poloniae Vicecancellarii.

Wydrukowano podług odpisu przesłanego wydawnictwu i sporządzonego przez p. Józefa Promińskiego według potwierdzenia Jana Kazimierza z 10. Stycznia 1650 r.; znajdującego się w archiwum miasta Drohobycza nr. XLVII.

---

[1]) W kopii przesłanéj wydawnictwu stoi tutaj *emondaque* co poprawiłem na *emendaque*. *Emenda* według Du Cange'a znaczy: *pecuniaria mulcta*, *compensatio damni*, *emendatio*, *quae arbitrio judicis irrogatur*; *emendare* zaś *mulctam inferre*, *perperam actum resarcire*, *restaurare*, *reparare*. Zdaje się zatém, że wyrazu *emenda* użyto tutaj w znaczeniu *reparatio*.

CVI.

We Lwowie 29. Marca 1469 r.

Kazimierz Jagiellończyk odnawia i potwierdza uposażenie kościoła dolińskiego.

In nomine domini Amen. Solet humana condicio acciones sub tempore versantes stili artificio et testium annotacione roborare, ne lapsu temporis evanescant, proinde Nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyawie, Magnus Dux Lythwanie, Russie, Prussie necnon Culmensis, Elbingensis et Pomeranie dominus et heres ad perpetuam rei memoriam significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo pro parte discreti Laurency, plebani in Dolyna [1]), devote nobis dilecti, Maiestati nostre oblata peticio continebat, quatenus privilegium fundacionis ecclesie sue antedicte, iurispatronatus nostry, quod olim oppido ipso Dolyna, per nonnullos invasores succenso ac predato ammissum erat, de innata celsitudini nostre clemencia innoware, denuove concedere graciose dignaremur, Nos vero peticionibus huiusmodi, tanquam iustis et racioni consonis benigniter acclinati, recepto desuper testimonio sufficienti, tam literali, quam verbali certorum nobilium nostrorum ac fidedignorum subditorum, quod videlicet villa Spasz [2]), supra fluvium Czew [3]) sita, necnon salisfodina alias wycza, cum duabus patellis dictis Trzany in Dolina, cum theloneo ipsarum patellarum ac decima mensura cuiuslibet grani de molendino ville nostre Nyadzeow [4]) ex primeva fundacione ad ecclesiam ipsam parrochialem in Dolyna pertinebant et spectabant, prescriptum privilegium in ea forma innovandum censuimus et innovamus per presentes, ut videlicet dictus Laurencius plebanus et sui successores pro tempore plebani necnon ecclesia parrochialis in Dolyna, prescripta villa Spasz cum salisfodina ac duabus patellis cum theloneo ipsarum patellarum necnon decima mensura cuiuslibet grani de molendino predicte ville Nyadzeow, ut prefertur, et alias, ea que antiquitus spectabant et pertinebant ad eandem, et in quorum est ipse Laurencius plebanus pacifica possessione, debeant eviterne pertinere, per eosdem cum omni iure, dominio et proprietate necnon censibus, fructibus, proventibus, agris, pratis, campis, silvis,

---

[1]) Dolina w Stryjskiém.

[2]) Spas, wieś o półtoréj mili od Doliny, po dziś dzień do probostwa łac. w Dolinie należąca.

[3]) Czeczawa wpadająca pod Tużyłowem do Łomnicy, która znów wpada do Dniestru.

[4]) Nadziejów w pobliżu Doliny.

pascuis, borris, nemoribus, gays, rubetis, mellificys, aucupacionibus, molendinis, aquis, fluvys, fluminibus, rivis, torrentibus et aqarum decursibus et generaliter cum omnibus et singulis utilitatibus, introitibus, redditibus, emolimentis et usibus generaliter universis, quoquomodo nuncupatis, que ibidem hactenus sunt vel fieri possunt, in futurum tenenda, habenda, utifruenda pacificeque et quiete possidenda, perpetuo et in evum duraturum. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Actum in Leopoli feria quarta ante festa solennis Pasce anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus Reverendo in Cristo patre domino Gregorio Archiepiscopo Leopoliensi, necnon Magnificis ac Generosis Stanislao de Ostrorog Calissiensi, Stanislao de Chotecz Russie Palatinis Capitaneoque Camenecensi et Haliciensi, Dobeslao Kmytha de Wysznycze Castellano Lublinensi, Iohanne de Rythwyany Marschalco Regni Polonie multisque alys compluribus testibus ad premissa fidedignis. Datum per manus venerabilis Alberti de Zychlin Custodis Sandomiriensis Gneznensisque Cracouiensis, Wladislaniensis et Poznaniensis Ecclesiarum Canonici Regnique Polonie Viceeancellary, sincere nobis dilecti.

Relacio eiusdem venerabilis Alberti de Zychlin Regni Polonie viceeancellary.

Oblata Act. Castr. Premisliensia (vol. 654, pag. 197—200). Dokument ten oblatowany już po rozbiorze w grodzie przemyskim na dniu 2. Marca 1782 było można poprawnie wydrukować przy pomocy oddruku uskutecznionego przez Fr. Wolańskiego według oryginału umieszczonego w Dod. do Gaz. Lwowsk. r. 1853, nr. 16, str. 64.

CVII.

W Haliczu 30. Stycznia 1470 r.

Ihnat z Kutyszcz sędzia i Mikołaj Sieniawski podsędek ziemscy haliccy poświadczają, że Elżbieta ze Żmigroda córka Teodoryka z Jazłowca starosty kamienieckiego, zamężna Masłowska sprzedała Janowi Kole z Dalejowa, podkomorzemu halickiemu, dwie części działu swego na Martynowie i przynależytościach a trzecią część mu darowała.

Ihnat de Cuthiszcza [1]) Iudex et Nicolaus Syenyewsky Subiudex Halicienses significamus tenore presencium universis, quibus expedit: quomodo veniens in presenciam nostri

[1]) Kutyszcze wieś w powiecie brodzkim.

iudicy et dominorum pro tempore residencium Generosa domina Elizabeth de Smigrod, olim bone memorie domini Theodrici de Iaszlowyecz Capitanei Camenecensis filia et uxor Nobilis Iohannis Maszlowsky, non compulsa, nec coacta, nec aliquo errore devio seducta, sed existens compos mente et corpore ac freta salubri consilio amicorum desuper, sue partem sortis alias dzyalu in bonis Martinow [1]), Roczstwo, Clyczkow, Moskowcze, Szopothow [2]) cum equirca partem sortem suam concernentem, in districtu Haliciensi sitam, post manum mortuam pye memorie Domine Heduigis de Martinow, amite ipsius Elizabeth germane, ad ipsam devolutam publice recognovit, quia vendidit et resignavit literaque presenti vendit et resignat Generoso Domino Iohanni Colo de Daleyow [3]), Succamerario Haliciensi, et suis legittimis successoribus duas partes pro ducentis marcis et tercia parte ipsum et suos legittimos successores donavit cum omni iure et dominio proprietateque ita longe et late, prout in suis graniciebus et metis ex antiquo spectantibus est distincta et limitata, nichil iuris et dominy proprietatisque sibi et suis successoribus legittimis in eadem sorte penitus reservando, sed cum omni iure, dominio et proprietate, prout sola tenuit, habuit et possedit iure perpetuo et in evum per ipsum dominum Iohannem Colo et suos legittimos successores tenendas, habendas, donandas, comuttandas et in usus suos proprios, prout sibi et suis legittimis successoribus melius videbitur, convertendas iure perpetuo et in evum. Et iam fatus dominus Iohannes Colo fate domine Elizabeth pro parte sortis ipsius in eisdem bonis contentis plenariam solucionem et debitam satisfaccionem fecit et ministerialem sibi Iohanni Colo fata domina Elizabeth in partem sortis sue in eisdem bonis superius expressis ad intromittendum dedit. Et super hoc memoriale posuit, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in Halycz feria tercia proxima ante festum Purificacionis Sancte Marie anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, presentibus Generosis et Nobilibus Dominis Zauissio de Hnylcze [4]), Nicolao Carnkowsky de Meducha [5]), Phedkone Podwyrzbyeczky, Clemente de Nyeszwyescz, Cunrado de Cunaszow [6]), Derslao de Vodnyky [7]) et alys. quam pluribus fide dignis ad premissa.

Według kopii sprawdzonéj podług oddruku umieszczonego w Dod. tyg. do Gaz. Lwowsk r. 1852, nr. 40.

---

[1]) Martynów, w powiecie rohatyńskim blisko Dniestru.

[2]) Moszkowce w powiecie kałuskim i Sobotów w powiecie stanisławowskim naprost Martynowa na prawym brzegu Dniestru.

[3]) Dalejów koło Maryampola w powiecie stanisławowskim.

[4]) Hnilcze, wieś koło Zawałowa w pow. podhajeckim.

[5]) Meducha, wieś w kluczu kąnkolnickim, w pow. rohatyńskim.

[6]) Kunaszów w pow. rohatyńskim.

[7]) Wodniki, wieś w powiecie stanisławowskim.

CVIII.

W Przemyślu 7. Stycznia 1472 r.

Marcyan z Morawska, sędzia i Mikołaj Hleb z Siennowa podsędek, ziemscy przemyscy, poświadczają, że Sienko, dziedzic z Zamościa, sprzedał swoją część téj posiadłości wraz z lasem i łąkami pod Dunkowicami i Radymnem Piotrowi, dziedzicowi z tegoż Zamościa, za 40 grzywien zwykłéj monety i że summę tę w zupełności odebrał.

Nos Marcissius de Morawsko iudex et Nicolaus Hleb de Sennow [1]) subiudex terrestres, premislienses, generales, significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo ad nostram et aliorum dominorum, nobiscum protunc iudicio terrestri residencium, presenciam veniens personaliter nobilis Syemko, heres de Zamosczcze, non compulsus, nec coactus, nec aliquo errore devio seductus, menteque corpore existens sanus, ac amicorum suorum maturo fretus consilio, coram iudicio libere recognovit, quia totam suam partem perpetuam et hereditariam suorum bonorum, quam habuit in villa in districtu premisliensi sita, Zamosczcze, vulgariter sic nuncupata, unacum silva et pratis post opidum Radymna et fluvium Saan iacentibus penes granicies Donkovicze [2]) ad dictam partem ex antiquo spectantibus cum omnibus iuribus, litteris et munimentis, dominys et proprietatibus, utilitatibus, censibus, fructibus, proventibus, redditibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, gays, virgultis, aucupacionibus, venacionibus, rivis, torrentibus, fluvys, stagnis, paludibus, aquis, piscinis, piscatorys et eorum demissionibus, molendinis et eorum emolimentibus (*sic*), tabernis ac obvencionibus generaliter universis quocunque nomine et vocabulo vocarentur, nichil ibidem pro se et suis posteris penitus reservando, sed cum totali ac plenario iure prout solus tenuit et hereditarie possedit a suis antecessoribus, nobili Petro heredi in Zamosczcze et eius legittimis successoribus pro quadraginta marcis pecunie communis monete et numeri polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando perpetue et in evum ac irrevocabiliter vendidit et vendens rite ac racionabiliter iusto vendicionis titulo eviterne pro dictis quadraginta marcis resignavit et intromissionem per ministerialem de iure additum sibi Petro dedit per ipsum Petrum et eius legittimos

---

[1]) Morawsko i Siennów, zobacz objaśnienia dodane do nr. CVII.

[2]) Duńkowice i Zamoście w powiecie jarosławskim, w pobliżu Radymna.

successores tenendum, habendum, commutandum, obligandum, vendendum, dandum, donandum, utifruendum et temporibus perpetuis pacifice et quiete possidendum ac in usus suos suorumque heredum et successorum legittimorum beneplacitos et voluntarios, prout ipsi et eius successoribus melius, utilius et conveniencius videbitur expedire convertendum. In quaquidem vendicione perpetua fatus Syemko cum sua posteritate fatum Petrum et eius successores ab omni persona sexus utriusque iuxta consuetudinem terrestrem, prout ad aliquam personam prescripcio terrestris spectat, protegere et tueri est obligatus. Et recognovit idem Syemko, quod ei prefatus Petrus solvit realiter et cum effectu prefatas quadraginta marcas, super que omnia prefatus dominus Petrus memoriale posuit, quod nos recepimus, in cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Premislie feria tercia in crastino Epiphanie, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, presentibus ibidem magnifico, generosis et nobilibus dominis Paulo Odrowąz de Sprowa, castellano leopoliensi, Petro de Radochoncze tribuno, Petro de Grochowcze gladifero premisliensibus, Iohanne Czmalo de Stoyanycze, Hyndrzich Fredro de Pleschovicze, Paulo Burzynsky, Thoma Lopaczensky et alys fide dignis testibus circa premissa.

Oryginał pergaminowy, dobrze zachowany, w bibliotece Ossolińskich (nr. 33). U dołu pieczęć zawieszona na pasku pergaminowym z wytartym odciskiem, zdaje się herbu Dąbrowy; z drugiéj pozostał tylko pasek.

CIX.

W Przeworsku 14. Stycznia 1472 r.

Marcyan z Morawska sędzia i Mikołaj Hleb z Siennowa podsędek ziemscy przemyscy poświadczają, jako w księgach ich poprzedników Waszka z Rybotycz i Mikołaja Gołąmbka z Natkowic zapisany jest pod dniem 9. sierpnia 1464 r. podział wsi Kisielowa między braćmi Raniszem i Henrykiem z Cieszacina.

Nos Marcissius de Morawsko [1]) Iudex et Nicolaus Hleb de Sennow [2]) Subiudex terrestres premislienses generales, significamus tenore presencium, quibus expedit, generaliter universis tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris hecque scripta

[1]) Morawsko, wieś w powiecie jarosławskim.
[2]) Siennów, wieś w powiecie łańcuckim.

inspecturis, que in libro terrestri przeworsczensi antecessorum nostrorum invenimus: quomodo feria quinta in vigilia Beati Laurenty (*9. Sierpnia*) anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto olim Generosis dominis Vaszkone de Rybothycze [1]) Iudice et Nicolao Golambek de Nathcovicze Subiudice terrestribus premisliensibus adhuc in humanis agentibus, tandem ad ipsorum presenciam venientes personaliter nobiles fratres germani de maiori Czyeschaczyn Ranisch et Henricus recognoverunt, quia fecerunt totalem divisionem perpetualiter in Kyssyelow [2]), quod fratri seniori dicto Ranisch cessit pars predium totum cum omnibus attinencys, cum Kmethonibus videlicet Oleschco Skalka, Iwan et Olechno, cum censibus, iuribus perpetualibus, et isti gay, qui iacent a parva Czyeschaczyn usque ad granicies in luto, incipiendo a granicys, videlicet a parva Czyeschaczyn. Et isti gay cesserunt domino Ranisch iuxta signa signata. Eciam idem dominus Ranisch habet ante gayos suos et ante kmethones suos et ante agros suos potestatem meliorandi iuxta voluntatem suam in lutis suis. Et èciam dominus Ranisch habet potestatem edificandi videlicet piscinulam vulgariter Sadzawkam iuxta signa signata. Et iam ibi dominus Henricus nichil habet in ista parte et sui posteri. Et domino Henrico cessit pars in dicta villa Kyssyelow ex divisione perpetua, piscina ab antiquo iacens cum kmethonibus videlicet Andreico, Martino Zawrzykrayovicz cum Martino Radlicza, et taberna sub antiqua piscina; incipiendo a taberna preter lutum habet ambas rippas liberas. Et idem dominus Henricus habet potestatem meliorandi, edificandi ante agros in luto videlicet kmethones suos. Et eciam non habet dominus Ranisch denegare viam, que est ab antiquo ad gayos domino Henrico et kmethonibus eius. Et èciam non habet Henricus denegare viam in Zarzecze. Et domino Henrico cesserunt gay iuxta signa signata in predicta villa videlicet Kyssyelow. Dominus Ranisch non habet potestatem tabernam ibidem edificandi. Et iam ista pars cessit domino Henrico cum omni iure, dominio, censibus et proventibus. Et iam dominus Ranisch nichil habet in predicta parte. Et eciam kmethones omnes habent potestatem adaquandi equos et alia animalia et peccora et etiam abluendi, etiam exceptis canapis et alys que . . . . [3]) super easdem res, hoc est linum. Et etiam domino Henrico cesserunt parwi gay usque ad silvam ad signa, incipiendo a signis cesserunt sibi parvi gay usque ad dictam villam Kyssyelow. Presentibus ibidem Generosis Iohanne Iaroslawsky de Zglobyen, Spithcone de Iaroslaw, Petro Phal de Pelnatycze tribuno leopoliensi, Iacobo Byereczsky, Sigismundo Ptaczek de Cząsthkovicze, Mączeslao de

---

[1]) Rybotycze, miasto w powiecie bireckim (Bircza).

[2]) Kisielów, Cieszacin wielki i mały, wsie w powiecie jarosławskim.

[3]) Jeden wyraz nieczytelny.

Zurovicze, et alys circa premissa. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in Przeworsko feria tercia proxima post octavas Epiphaniarum domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo.

Oryginał na pergaminie w Zakładzie nar. im. Ossolińskich, Nr. 34; pieczęci oderwane.

CX.

W Nowem Mieście Korczynie 12. Marca 1474 r.

Kazimierz Jagiellończyk sprzedaje czynsz roczny 16 grzywien z żup solnych w Wieliczce i Bochni dla klasztoru żeńskiego św. Agnieszki w Krakowie za 870 zł. węg. przez kasztelana sandomierskiego Hińczę z Rogowa na ten cel zapisanych.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Magnus Dux Lithwanie, Russie Prussieque ac Culmensis, Elbingensis et Pomeranie dominus et heres significamus tenore presencium tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quibus expedit universis: quomodo necessitate Reipublice et nostra pro expedicione stipendariorum, qui Regnum nostrum incursione hostili in casu non solucionis propediem timebantur invadere, attendendo, cure nobis fuit et solicitudini pro eorum exolucione certas peccuniarum summas conquirere. Cum autem Magnificus Hyncza de Rogow, Castellanus Sandomiriensis, sincere nobis dilectus, noviter diem extremum obiendo certas peccuniarum summas, aduc dum viveret, in manus Venerabilium et Egregiorum Virorum Iacobi de Lyssow, Stanislai de Zawady, Stanislai de Schadek, Stanislai de Brzezyni, professorum sacre theologie, Magistri Iohannis de Oszwyaczyn, baccalaury formati eiusdem sacre theologie et canonicorum sancti Floriani ante Cracoviam ac honorabilis Alberti de Brzesnycza, altariste in ecclesia Cracoviensi, pro comparando annuo censu post mortem suam pro monasterio Sancte Agnetis sororum sancti Bernardini, in sustentacionem illarum largiendo, pro anime sue salute deposuerit, volentes necessitati nostre et Reipublice consulere, nec minus eiusdem defuncti, a quo eciam nos plura beneficia fatemur suscepisse, pye intencionis morem gerere, prefatis depositarys suis in vita ac post mortem executoribus, censum annuum certum et liberum sedecim marcarum, quadraginta et octo grossos marcam in quamlibet computando, cum omni eiusdem census dominio et proprietate, in zuppis nostris Vyelicensi et Bochnensi earumque sale tam bancato quam minato

centenariorum et tenarum, in totalique fundo sive hereditate, iuribus, pertinencys et obvencionibus universis Zupparum predictarum pro octingentis et septuaginta florenis hungaricalibus auri veri et iusti ponderis, nobis per eosdem doctores et magistros plene, integre et cum effectu in peccunia numerata datis et solutis, de quibus ipsos quittamus et absolvimus per presentes, perpetuis temporibus sub spe tamen redemcionis vendidimus, ac reali iustoque titulo vendicionis tenore presencium vendimus, per provisores seu factores eiusdem monastery sancte Agnetis pro tempore existentes, in quos executores prefati onus suum transfundunt et disposicionem census predicti committunt, possidendum, percipiendum, utifruendum et in usus sororum huiusmodi in prefato monasterio degencium convertendum, per nos et successores nostros singulis quatuortemporibus dandum per quatuor marcas et solvendum. Cuius quidem census prima rata sive solucio incipi debet pro quatuortemporibus post festum Penthecosten proximis, sicque continuare annis singulis et quatuortemporibus usque ad eius reemcionem. Quam reemcionem prefati census nobis et nostris successoribus, sub quocunque tempore nobis placuerit, pro summa similium florenorum superius expressa in eadem qualitate et quantitate reservamus iuxta ipsius contractus naturam sive disposicionem. Et ut de huiusmodi maior ymo omnimoda certitudo apud ipsos factores et provisores prefatos habeatur, submittimus omnes zupparios nostros pro tempore futuros, sive arendatarios sive officiales in eisdem Zuppis, de manibus nostris instituendos, sentencys et censuris ecclesiasticis in eos per dominum lociordinarium aut eius viccarium vel officialem generalem pro tempore existentes sive capitulum ecclesie Cracoviensis ferendis et promulgandis tociens, quociens in solucione dicti census in prefatis terminis essent remissi aut negligentes; hoc specialiter expresso, quod ipsi factores provisores eiusdem monastery ac eciam sorores prefate in ipso monasterio degentes, quibus census prefatus debetur, ad omnia pericula Zupparum predictarum una nobiscum tenebuntur tolleranda et sustinenda, iuxta ipsius contractus naturam et huius provincie constituciones et consuetudines, preter tamen pericula, que ex culpa nostra aut Zuppariorum nostrorum sive factorum, quod absit, evenerint. Insuper promittimus ac presentis scripti vigore nos et nostros successores obligamus et submittimus sub censuris et penis supradictis, prefatos factores seu provisores monastery iam dicti presentes et pro tempore futuros, sive sorores monastery predicti, quibus census debetur, eorumque successores reddere indemnes occasione dicti census in iudicio et extra ab omnibus et quibuscunque impedimentis et dampnis et vexacionibus quarumcunque personarum spiritualium et secularium, dum et quociens opus fuerit, renunciantes per expressum omnibus appellacionibus et excepcionibus quibuscunque, necnon tuicionibus remedy et auxily iuris canonici sive civilis aut imperialis, que contra huiusmodi emcionis et reemcionis contractum possent et pretenderent obyci sive opponi quomodolibet in futurum per nos et successores nostros. In quorum omnium

fidem et testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum et datum in Nowaciuitate Corczyn sabbato ante dominicam Oculi anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto presentibus Reverendo patre domino Sbigneo de Olesznycza electo confirmato Wladislaviensi et Regni Polonie Vicecancelario, Iohanne de Rithwyani Sandomiriensi et Regni Polonie Marschalco, Dobeslao Kmitha de Vysnycze Lublinensi, Iohanne Felix de Tharnow [1]), Stanislai (*sic*) Vantropka de Strzelcze Sandecensi, Henrico de Camenecz Sanocensi Castellanis et alys pluribus fidedignis testibus ad premissa.

Sbigneus Electus et Vicecancelarius manu propria suscripsit.

Kopia współczesna na pergaminie, porównana, jak drugostronny napis świadczy z oryginałem, w Zakł. nar. im. Ossolińskich, Nr. 268.

CXI.

W Kijowie 1474 r.

Ludwik, Patriarcha Antiocheński, nuncyusz papieski, nadaje odpust kościołowi Bożego Ciala OO. Dominikanów we Lwowie.

Ludovicus Dei et apostolice sedis gracia Patriarcha Antiochenus ac sanctissimi domini nostri pape eiusdem sancte sedis nuncius et orator cum potestate speciali et generali nobis a sanctissimo domino nostro papa data et concessa, universis et singulis presentes nostras literas inspecturis, salutem in domino sempiternam et divini cultus in animarum salutem desiderare sancta mater ecclesia katholica omnes fideles christianos in visceribus domini nostri Ihesu Christi salvos fieri desiderat, et viam talem per nuncios et legatos apostolicos libenter exquirit et sitit animarum salutem. Cupientes igitur, ut ecclesia Corporis Cristi conventus ordinis fratrum predicatorum in Leopoli dignis honoribus frequentetur, fidelesque ipsi eo libencius devocionis causa confluent ad eandem, quo divini muneris noverint se refectos, auctoritate sanctissimi domini nostri pape et nostra concedimus et damus facere processionem cum certis indulgencys eidem ecclesie, certis tamen temporibus deputatis, per literas nostras presentes concedimus prout plenius continetur.

---

[1]) Tu opuszczono niewątpliwie: *Visliciensi.*

Et quia manus domini nunquam fuit abreviata et eiusdem misericordie non est numerus, de omnipotentis dei misericordia omnibus Christifidelibus utriusque sexus rite penitentibus et confessis, qui cuiuslibet mensis una quinta feria, dum processio cum sacratissimo corpore Cristi sancte celebratur, dictam processionem candelam illuminatam portantes sequantur, et ob reverenciam et memoriam passionis Cristi quinquies pater noster et totidem Ave Maria, et beate Marie virginis sepcies pater noster et totidem Ave Maria, et pro conservacione cristiane fidei et status sancte Romane Ecclesie ter pater noster et totidem Ave Maria devote dixerint; et quicunque manus porrexerit adiutrices pro singulis quintis ferys huiusmodi mensuatim, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitencys in forma ecclesie consueta auctoritate sanctissimi domini nostri pape, cuius specialis auctoritatis officium gerimus tam scriptis quam vive vocis oraculo, misericorditer in domino relaxamus his nostris presentibus perpetuis temporibus duraturis. In quorum omnium et singulorum fidem has nostras literas per notarium nostrum infrascriptum fieri, nostrique pontificalis sigilli inappensione muniri fecimus et mandavimus. Datum Kiouie in Conventu fratrum predicatorum titulatu Sancti Nicolai, ubi tunc nostram fecimus residenciam, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Sixti divina providencia pape quarti anno eius quarto.

Oryginał na pergaminie w Zakł. nar. im. Ossolińskich Nr. 352. Na zagięciu pergaminu podpis pisarza: *N. Crucze.* Na jedwabnym sznurze koloru czerwonego zawieszona owalna pieczęć, zupełnie dobrze zachowana, na wosku czerwonym wyciśnięta, a przedstawiająca starca z brodą w stroju patryarchy z potrójnym krzyżem w prawym ręku; po prawej stronie tarcza z orłem dartym, po lewej także tarcza z ręką trzymającą krzyż potrójny; w otoku napis: *sigillum ludouici patriarche antiocheni.*

CXII.

Na granicy między Żurowicami i Ożeńskiem 26. Kwietnia 1482 r.

Stanisław z Pilczy, podkomorzy przemyski, zatwierdza rozgraniczenie wsi Żurowic i Ożeńska przez jego komornika Jana Łysakowskiego dokonane.

Stanislaus de Pylcza, Succamerarius terre Premysliensis, universis et singulis tenore presencium, quibus expedit, tam presentibus quam futuris, noticiam presencium habituris significamus: quomodo in campo et loco granicierum inter villam Zvrowycze hereditatem

Nobilium Katherine et Anne ab una, et Ossensko villam Generosi Iacobi Czeschaczski partibus ab altera, ad quas granicies limitandas peticionibus ambarum parcium aclinati iamscriptarum, Generosum Iohannem Lyssakovski, Camerarium nostrum, misimus, qui Iohannes Lyssakowski ad locum prefatarum veniens granicierum primo et principaliter limitavit, fecit, errexit ac sipavit ex consensu ambarum parcium a graniciebus ville Zarzecze primum scupulum *(sic)*, quem ministerialis prima, secunda, tercia insuperhabundanter et quarta vicibus proclamavit, ut si quis ad ea loqui deberet, loquatur. Et nullo contrario facto ipseque Iohannes Lyssakowski Camerarius noster scopulos sipavit inter ipsas hereditates Zvrowycze et Ossensko ex utraque parte vie ibi currentis. Et finivit ultimum scupulum circa parietem Dassko hereditatis ville minoris Zvrowycze. Et ex consensu ambarum parcium predictarum Ministerialis more solito et consueto ipsas granicies proclamavit. Quibus quidem graniciebus adiudicamus et indicimus robur perpetue firmitatis in evum et irrevocabiliter tenere et servare partibus iamprescriptis pacifice et quiete. Acta sunt hec in loco et campo supradictarum granicierum feria sexta post festum sancti Georgy proxima anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, presentibus Generosis dominis Iohanne Lyssakowski de Vysna advocato, Michaele Krzeczowski, Gotardo Kwkyenyczski, Iacobo Thvmygrala, Iohanne Moravski et alys quam pluribus fidedignis ad premissa testibus. Nostro sub sigillo presentibus appenso.

Oryginał na pergaminie w Zakł. nar. im. Ossolińskich Nr. 37; pieczęć oderwana.

CXIII.

W Międzyborzu 27. Czerwca 1484 r.

Dawid z Buczacza, wojewoda podolski i starosta kołomyjski, uposaża kościół w miasteczku swem Biale.

In Nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam dignum racionique consonum, quod pie largita pro subsidio sancte matris ecclesie solennibus ordinacione et roboracione scripti testiumque notacione solidentur, ea propter ne error oblivionis pariat detrimenta future recordacionis, proinde Nos David de Buczacz, Palatinus Podolie et Colomiensis Capitaneus, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis horum noticiam habituris: quia videntes iustam et consonam fieri condicionem huius rei meliorem, quam cum auxilio et promocione omnipotentis Dei facere proposuimus, quomodo ecclesia parrochialis tituli gloriose virginis Marie et Nativitatis eius in Byele, opido nostre colla-

cionis et iurispatronatus de novo per nos erecta et constructa provisa et dotata insignataque fuerat nullis fere proventibus et relevacionibus, unde tunc pociori affectu et sincero mentis desiderio eandem ecclesiam potioribus beneficys relevare cupientes, ut ex inde divini *(sic)* laudis misteria uberiori et crebriori frequencia continuarentur, ex tunc in laudem et honorem omnipotentis Dei et eius gloriose virginis matris Marie et Nativitatis eiusdem Annunciacionisque fate ecclesie villam nostram Wyrbolowcze [1]) dictam iu rivulo Byelypothok sitam cum omnibus et singulis utilitatibus, redditibus, censibus, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, nemoribus, sarcptis, piscinis, molendinis et eorum emolimentis et generaliter cum omnibus et singulis proventibus et obvencionibus quibusvis, que pro nunc in eadem villa sunt et in futuro per humanam industriam esse poterint, damus, donamus, appropriamus et incorporamus inscribimusque tenore presencium mediante pure propter Deum, donacione perpetua et irrevocabili, et assignamus in manus honorabilis domini Stanislai de Crosznyczyn, eiusdem ecclesie primi plebani, et suis successoribus in futuro penes eandem ecclesiam degentibus. Insuper eidem plebano et in futuro existentibus quatuor tempora de omnibus Polonis et Rutenis in domibus Polonorum residentibus, in iam fato opido Byele degentibus, pro singulis quatuortemporibus per duos grossos polonicales ab hospitibus domorum, ab inquilinis autem per unum grossum dandum; eciam eidem rectori et suis sequacibus damus decimam mensuram cuiuslibet emolimenti de molendino in Byele exceptis braseis; item decimam cuiuslibet grani post predium nostrum in Byele; insuper poledrum de equirea Holhoczensi singulis annis, quamdiu de voluntate Dei durabit; item de emissione piscinarum, si que fuerint in Byele, beczkam unam piscium, quorum fuerit maior copia. Actum et datum in Myedzyborze dominica proxima post festum Iohannis Baptiste anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, presentibus honorabili et Nobilibus dominis Georgio plebano in Myedzyboze, Casparo de Byczkowcze, Iacobo Boldin, Petro Bassalik et alys quam pluribus fidedignis circa premissa.

Oryginał na pergaminie w Arch. konsyst. metrop. Lwow. obrz. łac. Pieczęć oderwana, pozostał sznurek jedwabny koloru niebieskiego i zielonego. Na odwrotnéj stronie pergaminu napis:

Feria secunda post festum omnium Sanctorum proxima (3. Listopada) A. D. 1645 R. Pater Sebastianus Mulawski Plebanus Bielensis Comendarius Czartkoviensis obtulit ad officium literas fundacionis Ecclesie praefatae Bielensis, quas officium praesens suscepit.

---

[1]) Wierzbiłowce, tej nazwy wieś leży dzisiaj w powiecie rohatyńskim.

CXIV.

W polu między wsiami: Biskupice, Domasłowice i Faliszowice
25. Września 1486 r.

Zbigniew, podkomorzy krakowski, rozgranicza wieś Biskupice dziedziczną Jakóba z Dębna, kasztelana krakowskiego, od wsi Domasłowic i Faliszowic dziedzicznych Spytka z Melsztyna, kasztelana zawichostskiego.

Anno domini millesimo CCCCLXXX sexto feria secunda proxima post festum divi Mathei Apostoli facte sunt granicies et limites inter Magnificos dominos Iacobum de Dambno, Castellanum et Capitaneum Cracoviensem, necnon Spythko de Melsthyn, Castellanum Zawychostiensem, videlicet in campo inter villas Byszkwpycze predicti domini Castellani Cracoviensis ex una, et Domaszlowycze ac Faliszowycze [1]) domini Melstynszky ab altera partibus, talibus signis et scopulis limitate et distincte per Magnificum dominum Sbigneum Succamerarium terre Cracoviensis generalis *(sic)* et Capitaneum Maremburgensem. Primo incipiendo a pariete ubi convenerunt parietes villarum Zlotha [2]), Byszkwpycze et Domaszlawycze insimul factus est scopulus Narosznyk a fluvio alias pothok dicto Hinrowlyszką, a quo tunc scopulo alias narosznyk ceteri scopuli ordinarie currunt per mericam usque ad virgultum dictum Wynnycza; deinde tres a vinea scopuli vadunt usque ad fossatam, que vadit ex hereditate Byszkwpycze; que demum fossata ducit limites usque ad rippam stagni antiqui alias Yeszerzyszko; quod stagnum eciam limitat hereditatem Byszkwpycze et Domaszlawycze; quo stagno non arato utraque pars frui et uti debet benivole piscari et pascuare in eodem in tanta longitudine usque ad scopulum, qui in rippa eiusdem stat constitutus. Ultra quem scopulum dominus Castellanus Cracoviensis seu hereditas ipsa Byszkwpycze stagno ipso frui debet usque ad fluvium Dwnayecz; a quo tunc scopulo in rippa stante vadunt scopuli ordinarie usque ad scopulam dictum Narosznyk ex hac parte fluvy Dwnayecz, ubi convenerunt parietes villarum Byszkwpycze, Domaszlawycze et Falysowycze. Tandem ab ipso narosznyk vadunt scopuli usque ad fluvium alias strwga dicta gwnyuszka; a quo fluvio vadunt insignia granicierum per rippam insule usque ad silvam alias lang dictam przerycze eiusdem przerycza, a quo vadunt limites per fluvium Dwnayecz sursum; et in alia parte eiusdem fluvy Dwnayecz factus est

---

[1]) Biskupice, Domasłowice i Faliszowice, wsie w powiecie brzeskim.

[2]) Złota wieś, w powiecie brzeskim.

scopulus alias narosznyk penes rippam stagni alias Yeszyerzyszką, ubi convenerunt parietes villarum Byszkwpycze et Grodzyszką. Presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Nicolao et Zegotha de Vyelglowy, Iohanne de Gnoynyk, Clemente et Stanislao de Twrza et alys quampluribus fidedignis ad premissa existentibus. In cuius rei testimonium sigillum aut sigilla sunt subimpensa.

Oryginał na pergaminie w Zakładzie nar. im. Ossolińskich, Nr. 199; pieczęć oderwana.

CXV.

W Krakowie 8. Czerwca 1487 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza już przedtem zrobiony podział wszystkich dóbr między braćmi Piotrem, starostą spiskim, Stanislawem i Andrzejem, podczaszym krakowskim, Kmitami z Wiśnicza.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, Magnus Dux Lythwanie, Russie, Prussieque dominus et heres etc. ad perpetuam rei memoriam significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, harum noticiam habituris: quomodo constituti personaliter coram nobis consiliarysque nostris, nobis hic assidentibus, Generosi Petrus, Capitaneus Sczepusiensis, Stanislaus et Andreas, Subpincerna Cracoviensis, Kmythe de Wyssnycze, germani, non compulsi, non coacti nec aliquo errore seducti, sed matura per eorum quemlibet deliberacione prehabita, fassi sunt unanimiter, quia divisionem eorum perpetuam super omnibus et singulis eorum bonis mobilibus et immobilibus, tam nostris Regalibus tenute eorum quam hereditarys, videlicet paternis, maternis necnon alys ad eos tam post Magnificum olim Dobeslaum Kmytha de Wyssnycze, Pallatinum Sandomiriensem, devolutis, quam post Nobilem Barbaram de Dubyeczko, Nobilis Stanislai Derssnyak de Rokythnycza consortem, ad eos pertinentibus, dudum antehac inter se fecerunt, prout eorum quilibet partem bonorum, ex divisione eorum ipsum concernentem pacifice possidet, et in ea a tempore divisionis sic, ut fatentur, dudum facte usque in presens residet; sic videlicet, quod recedendo ab omnibus cittacionibus, quibus omnes simul coram nobis renunciaverunt, et easdem per expressionem cassaverunt et destruxerunt ac pro cassatis et destructis habere voluerunt, eam ipsam divisionem dudum factam, sive alias quemadmodum eorum quilibet divisim bona sua tam paterna, materna, quam post Dobeslaum predictum devoluta et eciam alia ad ipsos post predictam Barbaram pertinencia, ad presens tenent, habent et possident, sic eciam in posterum sive in perpetuum tenere, habere

et possidere debebunt, ac successores eorum legittimi tenebunt, habebunt et possidebunt ubicunque hec ipsa eorum bona sive partes divisionum, in terris videlicet et districtibus quibuscunque consistant ac . . . . [1]) cum eisdem censibus, usibus, fructibus, obvencionibus et pertinencys, prout ad cuiuslibet divisionis partem ex antiquo pertinent et prout eorum quilibet sue divisionis parte usus est usque eo pacifice. Id solum ad presens inter se innovaverunt, quod ipsi Petrus et Andreas simul ambo facientes eidem Stanislao additamentum ad ea bona, que hactenus possidet de hys omnibus bonis, que pro presenti tenent, ipsi Stanislao, morte vero eius secuta, ipsius successoribus, septingentos florenos hungaricales dare debebunt et tenebuntur; quorum quidem septingentorum florenorum iuxta inscripcionem, per ipsos Petrum et Andream in actis castri nostri Cracoviensis divisim factam, solucionem impendent. Eandemque divisionem eorum perpetuam premissamque recognicionem, omnes germani predicti, Petrus, Stanislaus et Andreas successoresque eorum sub vadio decem millium florenorum hungaricalium, per nos in eos de ipsorum consensu imposito, cuius medietas nobis una et parti citanti altera, per partem premissis in toto vel in parte contravenientem est solvenda, irrevocabiliter tenere, habere et observare promiserunt, et quilibet eorum promisit in perpetuum. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Actum Cracovie feria sexta ante festum Sancte Trinitatis anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo septimo, presentibus ibidem Reverendo in Christo patre, Magnificis, Venerabili et Generosis, domino Iohanne Episcopo, Iacobo de Dambno Castellano et Capitaneo Cracoviensibus, Iohanne de Pylcza Pallatino Russie generali, Nicolao de Curozwanky Siradiensi, Andrea de Thanczyn Woynyczensi Castellanis, Creslao Cancellario, Petro Thesaurario Regni nostri de eodem Curozwanky germanis, Ambrosio Pampowsky Castellano Rosperiensi et Stanislao de Brzezye Marszalko Curie nostre et alys quam pluribus fidedignis consiliarys nostris, sincere et fidelibus dilectis. Datum per manus eiusdem Venerabilis Creslai de Curozwanky, Cantoris et Canonici Cracoviensis, Cancellary Regni nostri, sincere nobis dilecti.

Creslaus Cancellarius suscripsit.

Relatio eiusdem Venerabilis Creslai de Curozwanky, Regni Polonie Cancellary.

Oryginał na pergaminie w Zakładzie nar. im. Ossolińskich we Lwowie, Nr. 344 z pismem wypełzniętem, pieczęć oderwana.

---

[1]) Jeden wyraz nieczytelny.

CXVI.

W Tarnowie 9. Sierpnia 1492 r.

Jan Amor Tarnowski, kasztelan krakowski, sprzedaje za 90 grzywien cztéry jatki rzeźnicze w Tarnowie, z obowiązkiem jednak opłacania czynszu.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Iohannes Amor de Tharnow, Castellanus Cracouiensis, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo famoso viro Stanislao Zalaszowsky, civi et consuli nostro Tharnoviensi, quatuor macellas carnificum pro nonaginta marcis communis pecunie in regno currentis, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, perpetualiter et in evum vendidimus, cum omni iure, proprietate et dominio tenendum, habendum, possidendum, commutandum, donandum, alienandum et ad usus suos beneplacitos convertendum, prout sibi aut suis successoribus legittimis melius et utilius videbitur, ac cum eodem iure vendendum. Nichilominus tamen ipse Stanislaus Zalaszowsky aut sui successores de predictis macellis censum simili modo prout de alys macellis solvunt anno quolibet nobis aut nostris successoribus legittimis debet et tenetur solvere perpetualiter et in evum. Quam vero quidem vendicionem ratam, gratam atque firmam nos et nostri successores tenere et inviolabiliter observare volumus et compromittimus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est subappensum. Datum in Tharnow feria quinta in vigilia sancti Laurency anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, presentibus ibidem Generosis et Nobilibus Iohanne Balinsky, Petro Stavisky, Paulo Balinsky, Nicodemo Kischinsky et Nicodemo Spiczinsky ac alys quampluribus fidedignis ad premissa.

Oryginał na pergaminie w posiadaniu miasta Tarnowa. Na sznurze jedwabnym koloru czerwonego i czarnego zawieszona pieczęć uszkodzona, przedstawiająca odcisk na czerwonym wosku herbu: Leliwa i napis w otoku nieczytelny.

CXVII.

W Piotrkowie 22. Lutego 1493 r.

Jan Olbracht potwierdza wszelkie prawa i nadania miasta Sanoka, udzielone temuż miastu przez poprzedników jego królów polskich.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Culminis regy proprium fit universorum subiectionem sibi virtute hereditateque attributam munificencia Regia rependere, quodque ob eorum decreverit intuitum litteris perhennibus perpetuatum efficere, proinde Nos Iohannesalbertus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiawye, Suppremusdux Lithwanie, Russie, Prussie ac Culmensis et Elbingensis, Pomeranieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, harum noticiam habituris: quomodo attendentes singularem egregiamque virtutem et animi constanciam famosorum proconsulis, consulum et universorum civitatis Sanoczensis incolarum hac tempestate Regni nostri per mortem diwi olim parentis nostri vaccantis, cuius soly felices ac immediati sumus successores, in nos exhibitam, qui sicut Maiestati olim paterne fideles esse consueverant, sic eo morte absumpto Sacre proli ipsius Regie non minus fideles ac subiecti esse cupientes neminem alium, quam nosmet omni desiderio et affectu usque ad nostri electionem coronacionemque prosperatam visi sunt postulasse, propterquod nos tante eorumdem virtutis et fidei meritum memorabile ac perpetuum efficere perpetuaque munificencia regia ipsos ac civitatem predictam compleri cupientes, de certa sciencia et innata nobis benignitate regia ipsis omnes et singulas libertates, prerogativas, privilegia, indulta, donaciones, litteras et munimenta civitati predicte per Serenissimos Illustrissimosque predecessores nostros reges et principes Regni Polonie sub quibuscumque modis, condicionibus et tenoribus, quosquidem hic habere volumus pro insertis, iuste tamen racionabiliter et legittime concessas et concessa in omnibus punctis et articulis roborandas, confirmandas, ratificandas et gratificandas ac roboranda, confirmanda, ratificanda et gratificanda duximus et decrevimus, roboramusque ratificamus, gratificamus et confirmamus tenore presencium mediante, decernentes illas et illa vere, perpetue, indubie et inviolabilis firmitatis robur obtinere in evum. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in convencione pyotrkouiensi generali feria sexta proxima ante dominicam Invocavit Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio, presentibus ibidem Illustrissimo principe, Reverendissimis et Reverendis in Christo patribus dominis ac Magnificis, Vene-

rabilibus, Generosis, Strenuis et Nobilibus Frederico Electo confirmato Cracouiensi, Andrea Roza Archiepiscopo Theomoniensi et Coadiutore Leopoliensi, Petro Wladislawiensi, Uriele Poznaniensi, Mathia Chelmensi Episcopis, Nicolao Primus [1]) Premisliensis, Petro Cameneceensis postulatis [2]) Ecclesiarum, Iohanne Amor de Tharnow Castellano, Spithkone de Iaroslaw Palatino Cracouiensibus, Iohanne Swidwa Calisiensi, Nicolao de Cuthno Lanciciensi [3]) et Capitaneo Maioris Polonie generali, Iohanne de Opporow Brestensi, Mathia de Sluzow Iuniwladislawiensi, Iohanne de Pylcza Russie generali, Dobeslao de Curozwanki Lublinensi, Andrea de Coszlow Rawensi Palatinis, Iohanne de Ostrorog Castellano Poznaniensi, Creslao Decano et Canonico Cathedralis et sancti Michaelis Preposito in Castro Cracouiensi, Cancellario, Petro Thezaurario et Capitaneo Cracouiensi generali de Curozwanky, Gregorio de Ludbrancz Scarbimiriensis et Sancti Floriani Preposito Ecclesiarum, vice(*cancellario*) Regni nostri, Andrea de Schamotuli Calissiensi, Sandwogio de Czarnkow Gneznenzi, Nicolao de Curozwanky Siradiensi, Andrea de Wroczynyn Lanciciensi, Andrea de Oleschnycza Sandecensi, Andrea de Thanczyn Woynyczensi [4]), Nicolao de Ostrow Byecensi, Stanislao de Schyd(*lowiecz Ra*)domiensi, Ambrosio Pampowszky Rosperiensi, Dobrogostio de Ostrorog Myedzerzecensi, Stanislao Kmytha de Wysnicze Premisliensi, Slawyecz de Niemyglow Castellano et Capitaneo Sochaczouiensi, Iohanne de Przythyk Zarnouiensi, Petro Myszkowszky Wyelunensi, Alberto Gorszky Landensi, Ma(*thia*) de Wroczymouicze Polanaczensi Castellanis, Petro de Wysnycze Sandecensi et Scepusiensi Capitaneo, Iaroslao de Lassko Tribuno minori Siradiensi, Raphaele de Leszno Curie nostre Marsalco, Mathia Skothnyczky Sandomiriensi, Petro de Bachczicze Siradiensi Iudicibus, ceterisque Prelatis, Baronibus, Curiensibus, Proceribus et subditis nostris ad premissa testibus, sincere, devote et fidelibus nostris dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis Creslai de Curozanky (*sic*), Regni nostri Cancellary, sincere nobis dilecti.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Relacio prefati venerabilis Creslai de Curozwanky, Regni Polonie Cancellary.

Oryginał na wielkim arkuszu pergaminowym w paru miejscach uszkodzony, z pismem po części wypełzniętem, znajduje się w archiwum miasta Sanoka. Pieczęć wraz z sznurem oderwana.

[1]) *Nicolaus Primus*, jest to *Nicolaus de Krajow* herbu Łabędź z przydomkiem *Primus* biskup przemyski do r. 1498, nastąpił po Janie z Targowiska herbu Tarnawa.

[2]) O znaczeniu tego wyrazu „*postulatus*“ zobacz Pawłowski *Premislia sacra* str. 153, *adnot.* 3.

[3]) O tym Mikołaju z Kutna niewłaściwie podaje Niesiecki (I, 157) „postąpił na Poznańskie Województwo 1489.“

[4]) Tutaj dodaje jeszcze dok. dla Lelowa opisany poniżej: *Nicolao de Cuthno Gostinensi.* Jako kasztelana gostyńskiego pod r. 1496 podaje Niesiecki (I, 324) Jędrzeja z Kutna.

Dokument ten był oblatowany *Sabbatho in Crastino Festi Sancti Bartholomei Apostoli* (25. Sierpnia) 1781 r. w aktach grodu Sanockiego. Taki sam dokument wystawił Jan Olbracht w Piotrkowie 1493 r. *feria quinta post dominicam Invocavit* (28. Lutego) dla miasta Lelowa, który się od powyżéj wydrukowanego różni tylko tém, że pomiędzy kasztelanami wymieniony jest jeszcze *Nicolaus de Cuthno Gostinensis* (*Castellanus*), tegoż samego imienia i nazwiska wymieniony zaś jest już tak w jednym jak drugim dokumencie *Palatinus Lancicinsis et Capitaneus Maioris Polonie generalis*; daléj lelowski dokument nie ma tych świadków, którzy w wydrukowanym powyżéj wymienieni są po ukończonym szeregu kasztelanów, zresztą zgadzają się obydwa co do słowa, dla tego nie wydrukowałem tutaj lelowskiego dokumentu, który znajduje się w oryginale pergaminowym w Zakł. Nar. Imien. Ossol. (nr. 257).

CXVIII.

Między wsiami: Rychcice i Wacowice 12. Kwietnia 1494 r.

Stanisław Derszniak z Rokitnicy, podkomorzy przemyski, rozgranicza wsie Rychcice i Wacowice.

Acta sunt hec sabbatho proximo ante festum Sanctorum Tiburcy et Valentini [1]) anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, presentibus Generosis et Nobilibus, Venerabili Bernardo Decano Wylczek, Myklassio Iohanne Fredro de Plyessowycze, Derslao Wylczek de Lubynye, Iacobo de Czyessaczyn Subiudice Premisliensi, Iohanne Lyssakowsky, Dominico Przepyorowsky, Iacobo Tarowsky, Georgio et Floriano fratribus de Waczowycze et alys quam pluribus fidedignis: quomodo Nos Generosus Stanislaus Derssnyak de Rokytnycza, Succamerarius Premisliensis Generalis, quomodo ad instantes et consonas peticiones Nobilium Iohannis Rychczky (*sic*) et Georgy, Pauli et Floriani fratribus germanis heredibus (*sic*) de Vaczouycze misimus, destinamus Generosum Alexandrum heredem de Orzechowcze [2]), Camerarium nostrum deputatum, ad locum granicierum inter hereditates ville Rychczycze hereditarie Nobilis Iohannis Rychczyczky parte ex una, et villam hereditariam Vaczovycze [3]) Nobilium Georgy, Pauli et Floriani parte ex altera, inter quas partes hereditarias predictas scopulos ex antiquo errectos et sipatos ex communi bona voluntate renovavimus et sursum erreximus incipiendo a parte laneorum

---

[1]) Św. Tyburcyusza i Walentego nie ma wcale w kalendarzu, lecz *14.* Kwietnia przypada Św. Tyburcyusza, Waleryana i Maxyma; zapewne więc tu omyłka.

[2]) Pleszowice i Orzechowce, wsie w powiecie przemyskim, Lubienie w jaworowskim, Rokietnica i Cieszacin w jarosławskim.

[3]) Rychcice i Wacowice, wsie w powiecie drohobyskim.

pariete civitati (*sic*) Drohobycz, tendendo et equitando recte per rivulum dictum Nathkow Pothok; et a predicto rivulo eosdem scopulos antiquos renovavimus et sursum erreximus recte eundo usque ad fontem magnum, et a fonte recte eundo usque ad fluvium Lesznya, qui fluvius fluit de Waczowycze in Rychczycze; et a fluvio predicto recte per prata sipavimus scopulos tres usque ad littus, in quo littore fecimus scopulum; a quo scopulo recte sipavimus eundo penes sepes curie Nobilis Georgy Waczowsky; a qua curia recte eundo meta alias myedzą sipavimus et sursum erreximus scopulos usque ad rivulum dictum Rudawy Pothok; et in littore predicti rivuli ex utraque parte sipavimus scopulos, et ulterius eundo usque ad viam magnam stratam alias Gossczynyecz sippavimus scopulos usque ad acialem scopulum ex antiquo limitatum inter hereditates ville Dubrowlany [1]) et Rychczycze. Quas granicies predictas renovatas antiquas et ubi defficiebant de novo errectas et sipatas sursum debent tenere perpetue et in evum; quas nos promulgamus et pronunctiamus perpetue robur firmitatis obtinendas; super que memoriale partes predicte posuerunt quod iudicium recepit.

Drukowano według póżnego wypisu z aktów podkomorskich ziemi przemyskiéj powiatu przeworskiego porównanego z samemi aktami, znajdującemi się między aktami ziemskiemi przemyskiemi, jako ks. 254; księga ta zawiera akta podkomorskie przeworskiego powiatu z lat 1472 do 1599, a obecny akt znajduje się w niej fol. 57.

CXIX.

We Lwowie 28. Maja 1494 r.

Stanisław z Trzebuchowa, kanonik i oficyał lwowski, rozstrzyga na korzyść plebana podhajeckiego spór o dziesięciny z Wierzbowa.

In nomine domini Amen. Nos Stanislaus de Trzebochow, Canonicus Reverendissimique in Christo patris et domini domini Andree Rosza dei gracia Archiepiscopi Leopoliensis Officialis Leopoliensis generalis, ad perpetuam rei geste memoriam ac universorum tam presencium quam futurorum noticiam deducimus: quomodo orta dudum coram nobis inter honorabilem dominum Leonardum in Podhaycze diocesis Leopoliensis plebanum actorem ex una, et Nobilem dominum Petrum alias Kussypyetrzyk, tenutarium de Wyrzbow, partibus ex altera pro, de et super decima manipulare post predium et araturas

[1]) Dobrowlany, wieś w powiecie drohobyskim.

bonorum sive ville dicto Wyrzbow [1]) et ipsius occasione vertente materia questionis, Nos vero via ordinaria inter ipsas partes procedentes terminis necessarys ac debito iuris ordine et quibusvis servatis de iure servandis, testium inductione et deposicione et usque ad nostram sentenciam diffinitivam taxacionemque, expensarum causa in eadem coram nobis factarum processimus dictamque decimam manipularem post araturas ville Wyrzbow Ecclesie in Podhaycze et suo Rectori iudicialiter adiudicavimus et in duabus marcis pro expensis previa moderacione ipsum dominum Pyetrzyk tenutarium ville Vyrzbow ipsi plebano adiudicavimus. Cuius quidem sentencie diffinitive tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. Cristi nomine invocato ipsum solum pre oculis habentes pro tribunali sedendo, per ea que in causa decime manipularis in Wyrzbow inter honorabilem Leonardum in Podhaycze plebanum ab una et Nobilem Petrum alias Pyetrzyk tenutarium de Wyrzbow parte ab altera mota, prout ex deposicionibus testium vidimus et cognovimus et per hanc nostram sentenciam diffinitivam, quam ferimus in his scriptis, pronunciamus, decernimus et declaramus, prefatam decimam manipularem de Wyrzbow ab annis legittime prescriptis in possessione habitam et tentam per plebanos in Podhaycze usque ad modernum plebanum perceptam fuisse et esse, quam et tenutary in eadem Wyrzbow existentes ad Ecclesiam in Podhaycze dabant et decimabant et ipsi plebani eandem possidebant et percipiebant. Et ob hoc prefatum Petrum ad solvendum et dandum dictam decimam per eum retentam et sequentes decimas ipsi Leonardo plebano decimandum cogimus et compellimus ac in expensis litis legittime coram nobis factis condempnamus, quarum taxacionem nobis imposterum reservamus. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum presentes nostras literas sive presens publicum instrumentum huiusmodi nostram pronunciacionem sive diffinitivam sentenciam in se continentem ex inde fieri et per nostrum publicum imperiali auctoritate notarium infrascriptum scribi, subscribi et publicari nostrique sigilli officialatus appensione iussimus et fecimus communiri. Lecta, lata et in scriptis pronunciata fuit et est hec nostra sentencia diffinitiva per nos Stanislaum iudicem memoratum. Actum et datum Leopoli in domo habitacionis nostre anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, indictione duodecima, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Allexandri divina providencia pape sexti anno ipsius secundo, die vero Mercury, XXVIII[a] mensis May, presentibus ibidem honorabilibus et discretis dominis Kiliano, Gregorio, Barnabe Canonicis, Paulo Deruch, Iacobo viccarys, Mathia mansionario ad sanctam Katherinam, Nicolao Brodawka presbytero generali Leopoliensi et alys quam pluribus circa premissa testibus fidedignis.

---

[1]) Podbajce, miasto powiatowe, Wierzbów wieś w powiecie podbajeckim.

S. N.

Et ego Petrus Petri de Ossyek Clericus Wladislaviensis diocesis, publicus sacra Imperiali Auctoritate Notarius et coram memorato Venerabili viro domino Stanislao de Trzebochow Canonico et Officiali Leopoliensi generali causarum et facti huiusmodi scriba, quia predictis terminorum conservacioni, testium inductioni, examinacioni sentencieque diffinitive prolacioni alysque omnibus et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent una cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula premissa sic fieri vidi, audivi et intellexi, ideo hoc presens sentencie diffinitive prolacionis instrumentum manu propria scriptum ex inde confeci et publicavi signoque et nomine meis in talibus solitis et fieri consuetis consignavi et communivi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Oryginał na pergaminie w arch. kons. metr. lwowsk. obrz. łac. Pieczęć wraz z paskiem, na którym była zawieszona, oderwana. Na odwrotnéj stronie napis ręką współczesną: Podhaycze.

CXX.

W Tarnowie 17. Lipca 1494 r.

Jan Amor Tarnowski, kasztelan krakowski, daje miastu swemu Tarnowu po świeżym pożarze wolność od wszelkich czynszów i opłat na lat dziesięć z niektóremi jednak ograniczeniami.

In nomine domini Amen. Nos Iohannes Amor de Tharnow, Castellanus Cracouiensis, significamus tenore presencium quibus universis expedit, presentibus et futuris presencium noticiam habituris: quomodo divine voluntatis castigacione et superveniente infausto omine civitas nostra in depopulacionem, in mercibus anichilacionem in domibusque exustionem et aliorum edificiorum funditus eradificacionem, omniumque possessionum et rerum destructionemque dampnificacionem consecuta est et perpessa, attendentes zelo, amore favoreque in illam consurgentes, volentes igitur, ut prefata civitas nostra Tharnow et eius cives universi in suis ruinis et exustionibus, anichilacionibus et destructionibus, rerum et mercanciarum recuperacionibus, domorum et aliorum edificiorum reedificacionibus relevetur et restauraretur, nonnullis modis condicionibusque nostri favore dignum illam censuimus prosequendam libertatem illi aut illis conferendo. Primoque cives nostri dicte

civitatis nostre Tharnow, isti qui anno presenti per ignem sunt exausti et anichilati ab omnibus censibus, reditibus, exactionibus, tributis, dacionibus ad nos et ad nostros spectantibus et a singulis omnibus, si que sunt aut fuerint, que huc memoria non possunt inscribi, contribucionibusque et totis solucionibus debent esse tuti et liberi, nobisque necnon nostre posteritati non tributary, sed nec solventes a data presencium per decursum decem annorum duntaxat valiturum, demptis vero panicidis quibus solum per tres annos a solucione Szragovego [1]) libertatem conferimus et damus, exclusis vero carnificibus, qui nobis et nostris successoribus de suis macellis omnes proventus anno quolibet nostros solvere tenentur. Quam vero libertatem ad annos decem integros et plenarios de nostra gracia damus, largimur effectualiter et inviolabiliter tribuimus. Promittimusque verbo nostro dacionis libertatem ad plenarios decem annos per nos et nostram prolem ac posteritatem firmiter et infringibiliter tenere et observare, ad nullas soluciones dicte civitatis homines, quantum ex ipsa consistunt inducere, astringere et compellere, sed ut in omnibus actionibus et solucionibus sint exempti, tuti et liberi. Quibus vero decem annis expiratis et plenarie consumptis, dicti cives ad priores conswetudines omnes et soluciones singulas nobis uti prius redibunt faciendas. Datum in castro nostro Tharnow feria quinta proxima post festum sancte Margarethe anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, presentibus ibidem Honorabilibus et Generosis dominis Paulo Lucowsky, Canonico Tharnoviensi, Iohanni (*sic*) Prebendario Castri nostri Tharnoviensis, Mathie Scolastico Voynicziensi, Iohanni (*sic*) Balinsky, protunc Capitaneo Tharnoviensis castri nostri, Paulo Beglowsky, Nicodemo Spiczinsky et alys quampluribus fidedignis ad premissa, sigilloque in vim roboris nostro presentibus subappenso in fidem et testimonium.

Oryginał na pergaminie w posiadaniu miasta Tarnowa; na kawałku pergaminu zawieszona pieczęć na czerwonym wosku wyciśnięta, lecz tak mocno uszkodzona, że nie można rozpoznać co przedstawia.

---

[1]) *Szragi* licz. mnoga socha, wiesaczka, drążek do wieszania czego, z niemieckiego der *Schragen.* W dawnych czasach kto przed domem albo na rynku przedawał towar na *szragach* płacił grosz jeden. Czytaj Baliński Starożytna Polska II, str. 161. *A. P.*

CXXI.

W Krakowie 29. Sierpnia 1494 r.

Jan Olbracht potwierdza wszelkie prawa i nadania mieszczan dobczyckich.

In Nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Ioannes Albertus dei gratia Rex Polonie nec non terrarum Craconie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuíanie supremus Dux Lituanie, Russie Prussieque dominus et heres Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris. Quomodo revolventes in animo fidem et constanciam famosorum civium nostrorum de Dopschicze, quia nobis et predecessoribus nostris in assecuracione Regni Polonie semper adheserunt, attendentes etiam eorundem iustam peticionem, qua nobis humiliter supplicarunt, quatinus iura eorum, libertates et immunitates, literas et privilegia eorum ecclesiastica et secularia quarum semper in pacifica possessione et usu confirmare et roborare dignaremur, Nos itaque eorum peticioni, tanquam iuste et rationi consone annuentes, presertim cum in se eorum augmenti preferat condicionem, ipsis de certa scientia et deliberacione sufficientissima prehabita (*animo benivolo*) et voluntate nostra ultronea eadem ipsa iura, libertates et immunitates, literas et privilegia ecclesiastica et secularia, que a Serenissimo genitore nostro felicis memorie et a ceteris Regibus, Principibus et dominis predecessoribus nostris Regni Polonie veris et legittimis heredibus, super quibus(*cunque b*)onis et libertatibus habere dinoscuntur et habent sub quibuscunque datis (*in vita sua aut eorum iust*)e et legittime emanatas libertates et immunitates (*spiritua*)les et seculares in se continentes, et quas (*hic habere volumus pro insertis in omnibus earum punctis, positioni*)bus, condicionibus, (*articulis et clausulis universis*) rat(*ificamus*), innovamus, approbamus et presentis scripti patrocinio confirmamus; (*decernentes ipsa robur obtinere firmitatis iuxta prefatatarum libertatum et immunitatum continentiam et tenorem. Promittimus insuper verbo nostro Regio et presentibus spondemus, eadem ipsorum iura, libertates, immun*)itates, literas, privilegia per omnia (*rata atque grata*) habere et inconcusse inviolabiliterque observare et satisfacere (*in effectu*). Harum quibus sigillum (*nostrum est*) appensum (*testimonio*) literarum. Actum Craconie feria sexta proxima post festum sancti (*Bartholomei*) apostoli. Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, (*Regni nostri anno secundo*; *presentibus*) Reverendo in Christo patre domino Andrea Rosa Archiepiscopo Leopoliensi, nec non Magnificis et Generosis (*Petro*) de Curosnanki Thesaurario Regni et Cracouiensi, Petro de Vissnicze (*Regni nostri Marschalco et Scepusiensi*) Capitaneis, Petro Mischkowski

Castellano Vielunensi, Iannssio de Borzischonicze Succamerario (*Chelmensi*), Ioanne de Tharnow Dapifero Curie nostre, et alys Dignitarys, Consiliarys *(et Curiensibus nostris, testibus)* circa premissa. Datum per manus Venerabilis Gregory de Lubrancz Scarbimiriensis et sancti *(Floriani)* Ecclesiarum Prepositi, Regni nostri Vicecancellary sincere nobis dilecti.

Dokument ten był potwierdzony w r. 1530 przez króla Zygmunta. Potwierdzenie to brzmi:

In nomine domini amen. Quoniam omnia facta humana facile obruit memoria, nisi literarum suffragio fuerint posterorum memorie inserta, proinde nos Sigismundus dei gratia Rex Polonie, magnus Dux Lituanie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Russie, Prussie, Masouie, Elbingensis, Pomeranieque etc. dominus et heres significamus tenore presentium quibus expedit universis. Quia nomine oppidanorum nostrorum de Dopschicze exhibite sunt coram nobis originaliter bine litere infrascripte per Serenissimos dominos olim antecessores nostros Polonie Reges, eisdem oppidanis concesse, altere videlicet de data vetustiori libertacionem a theloneis nostris, altere videlicet, que erant de data recentiori, confirmationem omnium iurium ac libertatum ipsis concessarum in se continentes, sigillis prefatorum dominorum regum in cordulis sericeis appensis communite supplicatumque deinde fuit nobis, ut eas ipsas literas propter illarum vetustatem innovari facere auctoritateque nostra regia approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Quarum quidem literarum tenores sunt tales.

Tutaj następuje najprzód nadanie Kazimierza W. z r. 1340, w tym zbiorze oddrukowane pod nr. II, tomu III, potém powyżéj umieszczone nadanie Jana Olbrachta z r. 1494, daléj brzmi potwierdzenie:

Nos itaque (*Sigismundus Rex*) supplicacioni nomine prefatorum oppidanorum Dopschicensium velnti iuste benigne annuentes literas *(utrasque preinsertas)* salvas, integras (*et omni prorsus vitio*) ac suspicione carentes in omnibus earum punctis, clausulis et articulis approbandas, ratificandas et confirmandas censuimus, approbamusque, ratificamus et confirmamus, decernentes eas ipsas literas ac omnia et singula in illis contenta robur debite ac perpetue firmitatis obtinere, tenore presentium mediante. Quibus in testimonium sigillum nostrum est appensum. Datum Cracouie die sancti (*Galli*) (16. Października) Anno domini millesimo quingentesimo tricesimo, Regni vero nostri anno vigesimo quarto. Presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Petro de Thomicze Cracouiensi et Regni nostri vicecancellario, Ioanne Carnkowski Premisliensi Episcopis, nec non Magnificis, venerabilibus et generosis Nicolao de Schidlowiecz Sandomiriensi et Regni nostri Thezaurario, Ioanne comite de Thanczin Lublinensi et Curie nostre Marschalco, Petro Opa-

leniczky (*Laudensi et Serenissimi fily nostri domini Sigismundi secundi Polonie Regis Curie Magistro*), Nicolao Volski Sochaczoviensi et Serenissime coniugis nostre domine Regine curie (*magistro*) Castellanis, (*Nicolao Zamoszczki Preposito Tharnouiensi, Stanislao Tharlo Archidiacono Lublinensi, Bernardo Vapowski Cantore Cracouiensi Secretarys nostris*), Sylvestro Ozarowski Succamerario (*Curie nostre et Zauichostensi Capitaneo, Martino Sborowski Pincerna, Ioanne Tharlo Incisore nostris et alys quamplurimis Dignitarys Officialibus*) et alys aulicis nostris, testibus circa premissa. Datum per manus prefati Reverendi in Christo patris domini Petri Episcopi Cracouiensis et Regni nostri Vicecancellary, sincere nobis dilecti.

Petrus Episcopus et Vicecancellarius sscr.

Relacio eiusdem Reverendi in Christo patris domini Petri Episcopi Cracouiensis et Regni Polonie vicecancellary.

Pergaminowy oryginał potwierdzenia tego znajduje się w posiadaniu miasta Dobczyc, na sznurku jedwabnym koloru zielonego i żółtego zawieszona uszkodzona zwyczajna mniejsza pieczęć królewska. Dokument sam w stanie najokropniejszym, jak wszystkie bez wyjątku dokumenta dobczyckie, poszarpany na szmaty, z zupełnie wypełzniętém pismem, tak że tylko z największą trudnością choć częściowo go było można odczytać, a przy pomocy potwierdzenia króla Stefana, danego w Krakowie 15. Grudnia 1578 r. (a oddrukowanego w Dodatku do Gaz. Lwowskiej rok 1853, nr 57—59) uzupełnić. Uzupełnienia jak zwykle drukowano kursywą.

CXXII.

W Czchowie 20. Czerwca 1496 r.

Mikołaj Strasz z Białaczowa sędzia i Jan z Większéj Modlnicy podsędek ziemscy krakowscy poświadczają, że Hieronim Kobylejski z Kobylan potwierdził zapis przodka swego kanclerza Janusza, potwierdzony w r. 1366 przez króla Kazimierza Wielkiego, i przekazał na zasadzie zapisu tego, nie mając potomstwa męzkiego, wymienione tamże dobra dwom braciom swym Janowi i Jakóbowi, pozostawiając dla córek swych tylko dobra, które w zastawie trzymał od króla.

Nos Nicolaus Strasz de Byalaczow [1]) Iudex et Iohannes de Maiori Modlnycza Subiudex terre Cracoviensis generales Significamus tenore presencium, quibus expedit,

[1]) *Bylaczow* wydr. w Dodatku do Gazety Lwowskiej.

universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris: Quod coram certis Camerarys nostris constitutus personaliter Generosus Ieronimus Kobyleyszky de Kobylany heres publice apud acta presencia et coram sede iudiciaria terrestri [1]) Czchoviensi recedendo a districtu suo quovis, recognovit: quia ordinacionem cuiusdam venerabilis viri olim domini Ianussy, decretorum doctoris et Cancellary, antecessoris sui legittimi, in toto approbat et approbavit volens eam robur perpetue firmitatis habituram. Quamquidem ordinacionem prefatus Ianussius in presencia Serenissimi Principis et Domini Domini Kazimiri magni, dei gracia olim regis Polonie, in certis suis bonis hereditarys fecerat et ordinaverat. Quequidem bona, videlicet Kobyle nunc Kobylany nuncupata, Draganova, Sullystrova, Makowiszka et Glosszcze sibi Ieronimo divisione perpetua cesserunt. Quorum bonorum prefatorum ipse prefatus Ieronimus Kobyleyszky actu est nunc possessor legittimus, prout huiusmodi littere divisionis sub Sigillo Magestatis dive memorie olim Kazimiri dei gracia Regis Polonie lacius in se canunt et disponunt; quam divisionem inter ipsum et fratres ipsius germanos factam in toto approbat et approbavit et prout eciam supra nominate ordinacionis bonorum certorum supra expressorum littere lacius in se verificantur et sonant. Quarum litterarum predicte ordinacionis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Tutaj następuje przywilej Kazimierza W. z r. 1366 z licznemi omyłkami (tak n. p. sam rok wpisano tutaj *millesimo trecentesimo octuagesimo octavo*), których tutaj nie podajemy, ponieważ dokument ten wydrukowaliśmy podług oryginału pod Nr. XVI tomu III. Potém brzmi daléj niniejszy dokument:

Sed quia prefatus Ieronimus Kobyleyszky de prefata stirpe seu genelogia (*sic*) dicti Iaussy processit, eandem ipsam preinsertam ordinacionem bonis suis in prefatis litteris eiusdem ordinacionis expressis, scilicet Kobylany, Łąky, Draganowa, Sulystrowa, Makovyszka et Glossce [2]), quorum bonorum prefatorum ipse Ieronimus Kobyleyszky nunc actu est possessor, incorporat, confirmat, approbat et approbavit, recognicione presenti ratam, gratam, firmam perpetue eandem ordinacionem habendo et approbando et signanter in hoc passu, ubi in prefata ordinacione descriptum expressumque est, quia ad prolem femineam nulla pars hereditatum predictarum devolvi debet, sed tantum ut sint heredes proles masculina in pretactis villis. Itaque prefatus Ieronimus Kobyleysszky volens adimplere prefati Ianussy antecessoris sui legittimi voluntatem preinserte ordinacionis sue tam in toto, quam in parte et ut proles masculina de stirpe prefati Ianussy processisset

[1]) *terrestrensi* wydr. w Dod.

[2]) O wszystkich w dokumencie tym wymienionych majętnościach zobacz noty dodane do dok. nr. XVI i XXIV tomu III.

linealiter procreata perpetue hereditaret et successione legittima succederet in villis prefatis, prout et ipse Ieronimus Kobyleyszky legittima successione in villis prefatis hereditat et easdem possidet, nolens itaque prefatus Ieronimus per huiusmodi divisionem suam coram regia magestate factam Generosos Iacobum et Iohannem Kobyleyskye fratres suos germanos et eorundem successores masculos alienatos esse ab hereditate et successione prefatorum bonorum, in quantum prefatus Ieronimus Kobyleyszky prole masculina caruerit, masculusque ei superstes non esset, ad quem eciam spectaret preinserta ordinacio, extunc fratres prefati et eorundem proles masculina sunt ac esse debent propinquiores his bonis prefatis et non proles feminea ex eodem Ieronimo procreata. Propterea idem Ieronimus Kobyleyszky intencionem et voluntatem preinserte ordinacionis prefati Ianussy suamque eciam intencionem cum ipsius concordando et approbando, sanus mente et corpore existens, non compulsus nec coactus, sed salubri usus consilio suorum amicorum ac de ipsius spontanea voluntate libere recognovit: Quia bona predicta Kobylany, Leki, Draganova, Sulistrova, Makoviszka et Glosszeze ipsius hereditaria cum omnibus rebus mobilibus in eis bonis contentis Generosis Ioanni et Iacobo Kobyleyszkym fratribus germanis et eorum masculini sexus legittimis successoribus pure, sincere perpetueque dat, donat, resignat et inscribit iudicialiterque assignat et cedit in toto libera, nil ibidem sibi et feminee prolis (*sic*) reservando nec penitus excipiendo, duntaxat ipse Ieronimus Kobyleyszky usum, fructum et dominium totum eorundem bonorum, quoad vixerit, in toto sibi reservavit, per ipsos fratres germanos et eorundem masculine prolis successores legittimos prefata bona hereditarie ac proprie tenenda, habenda, possidenda, utifruenda ac in usus proprios convertenda cum omni iure et dominio toto mero et mixto nil penitus excipiendo. Et nichilominus prefatus Ieronimus Kobyleyszky se et suos successores legittimos obligat et inscribit super bona sua omnia hereditaria et obligatoria et summas peccuniarias nunc habita et ex post habenda ubique eosdem germanos et eorundem masculini sexus successores tueri et intercedere atque indamnes reddere a qualibet persona sexus et status utriusque iuxta formam iuris sub damnis terrestribus absque corporali iuramento per ipsos fratres germanos in ipsa posteritate prefati Ieronimi Kobyleyszky sexus et prolis feminee repetendis et exigendis, omnia bona sua hereditaria et obligatoria presenti tuicioni onerando et tuicionem presentem eisdem bonis incorporando, a quibus bonis prefatis Kobylany, Leky, Sylystrova, Makoviska, Draganova et Glosseze et rebus omnibus mobilibus in eis bonis contentis ac eorundem bonorum et villarum proprietate successioneque ac quavis possessione et iuridice actionis intemptacione prolem feminеam suam legittimam presenti inscripcione perpetue removet tantummodo ipsa proles feminei sexus legittima debet esse contenta in bonis obligatorys regalibus videlicet Zauleze, Markuska, Lezyny, Gorzyeza Craconiensi et Byecensi. Rogki, Myescze, Lyvbyathowka, Szamoczek, Grussowka, Stroze male et Stroze

Vyelkye Sanocensi terris et districtibus consistencia, que bona prefata eedem ordinacioni non sunt subiecta; alias vero si absque prole decesserit proles feminea ad eosdem germanos eadem bona prefata regalia aut summe pecuniarie in eisdem bonis contente pleno iure devolventur. Causu *(sic)* vero si aliqua proles feminei sexus vel masculina ex ea prole feminea genita ipsis Ioanni et Iacobo fratribus germanis aut eorundem successoribus legittimis sexus masculini pro eisdem bonis mobilibus et immobilibus et eorundem bonorum proprietate vel possessione iuxta preinsertam ordinacionem seu aliquam actionem iuridicam intentaverit et intentare voluerit, extunc causam suam ammittet et ammittere debebit proles feminei sexus et prefati Ioannes et Iacobus ac eorundem successores prolis masculine ad nullam responsionem et iurisdicionem de iure pro eisdem bonis hereditarys habere debebunt et si quod damnum ex littibus ipsis germanis aut eorum successoribus prolis masculine legittimis a prole feminei sexus in sumptibus vel bonis predictis evenerint, hoc totum eiusdem prolis feminee damnum esse debebit, quibus quidem damnis ac omnibus supra expressis eandem prolem femineam ipse Ieronimus Kobyleyszky onerat et omnia bona per eandem prolem femineam protunc in regno habenda. Que bona non sunt supradicte ordinacioni subiecta tam hereditaria quam obligatoria regalia supradicta mobilia et immobilia et nihilominus solvendo damna utique silencium perpetuum ipse proles feminei sexus pro bonis hereditarys ordinacioni superius descripte subiectis habere debebit, duntaxat ipsi Ioannes et Iacobus fratres germani et eorundem successores proles masculina legittimi veri heredes et possessores temporibus perpetuis esse debent, prout iam sunt, pro quibus quidem damnis proles feminei sexus cittata vel cittate tociens quociens ad quodcumque ius Regni Polonie tam terrestre quam regale seu Castrense Capitaneale in eodem iure stare, respondere debet seu debent, non evadendo prefatos Ioannem et Iacobum et eorundem successores legittimos prolis masculine occasione tuicionis et solvendorum damnorum prescriptionibus quibusvis litteris Regalibus, terris, districtibus, territorys sedis iudiciarie, ad quos racione domicily pertinet, convencione, colloquio, expedicionibus bellicis generalibus vel particularibus nec pro maiori allegando se habere actionem intra et extra regnum non allegando, servicio reipublice vel maiestatis regie se non excipiendo, iura et constituciones vel consuetudines regni novas vel veteres constitutas et constituendas in contrarium non allegando et nil penitus quacumque via, modo, forma, controversia, excepcione, cautella sibi in auxilium ipsa proles feminea receperit hoc eisdem fratribus et eorundem prolis masculine successoribus legittimis in iure non debet abesse, sed ad locum prodesse et damna ad simplicem assercionem solvere tenebitur tociens quociens opus fuerit. Preterea nullos deffectus, nullitates ipsa proles feminei sexus obicere debet presenti inscripcioni et si quem deffectum obicerit, statim eundem deffectum iuxta beneplacitum prefatorum germanorum et eorundem prolis

masculine successorum sua recognicione et alia inscripcione supplere debebit renuntiando eciam eandem prolem femineam omnibus appellacionibus intra regnum fieri solitis et mocionibus iudicum vel capitaneorum vigore presentis inscripcionis iudicancium; et stans personaliter coram actis presentibus Generosa Catherina consors generosi Ieronimi Kobyleyszky de Kobylany cum consensu generosi Stanislai Vatrobka fily sui legittimi recognovit: quod in toto huic inscriptioni super suam reformacionem dotis et dotalicy per ipsam in prefatis bonis habitam consensit. Addidit tandem iudiciaria sedes auctoritatem suam ministeriali quemcumque duxerint sibi eligendum ad intromittendum et ad possessionandum dictos fratres germanos Ioannem et Iacobum in hereditatem, proprietatem et corporalem usum bonorum hereditariorum supra expressorum prefato Ieronimo personaliter stante possessionem dictarum villarum prefatis germanis dante et eisdem hereditatibus ipsis cedente ac iudicialiter assignante; et hic stans personaliter Petrus Nossal de Lubomyerz ministerialis recognovit: Quia intromissio realis et possessio actualis in prefata bona superius expressa ipsis Ioanni et Iacobo fratribus germanis per prefatum Ieronimum Kobyleyszky est libere data et admissa nemine ad hoc contradicente. Actum et datum in Czchow feria secunda ante festum sancti Iohannis Baptiste Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo sexto presentibus ibidem Magnifico et generosis Spytkone de Melstin Castalano (*sic*) Zavychostensi, Martino de Wolnarowa, Ioanne de ibidem, Iacobo de Rupnyow, Ioanne Gabanyszki de Gabanyan, Benedicto de Wroblowice et alys quam pluribus fidedignis.

Oryginał na wielkim arkuszu pergaminowym dobrze zachowany (nr. 144) w Zakł. nar. Imienia Ossolińskich. Pieczęci, których było dwie, oderwane, po jednéj pozostał jeszcze pasek pergaminowy. Na odwrotnéj stronie pergaminu parę bardzo świéżych nic nie znaczących napisów; uwagi godnym jedynie ten:

Duklia pars bonorum Kobylensium.

Dokument ten poprzednio już był drukowany z niektóremi dość nieznacznemi myłkami w Dod. tyg. do Gaz. Lwowskiej 1851 nr. 38 i 44; 1852 nr. 13 i 14.



INDEX.

28

INDEX

personarum, pagorum, urbium, oppidorum, castrorum, villarum, silvarum, fluminum, rivorum etc. in tabulis hisce occurrentium.



*) Nazw w tekscie łacińskim od tej litery się zaczynających a tutaj nie pomieszczonych, należy szukać pod literą *K*.

D.

E.

F.

G.

H.

K *).

*) Wszystkich nazw zaczynających się od tej litery, których czytelnik tutaj nie znajdzie, należy szukać pod literą *C*.

Pag.

Consul.

Michael de Briga 1402. t. 1403 . . . . . . 9. 12—15
Georgius Crebel 1402. test. 1403 . . . . . . 9. 12. 13
Nicolaus Smedfelt 1406. 1407 . . 15. 40. 43. 47. 55
Neco Rewszc (Nicolaus Russze) t. 1406. 1407. 15. 21. 43. 47. 55
Petrus Eyzenhutyl t. 1406. 1407 . . 21. 40. 43. 47. 55
Petrus pellifex t. 1406. t. 1413. 1425. . . 21. 84. 85. 133. 138.
Weinko Beidenbrusz 1407. 61. 64.
Johannes Sommerstein 1407. 39. 40
Georgius Scheler 1407. . 43. 47. 61. 64
Nicolaus Berner 1407 . . 43. 47. 55
Petrus Korsner 1407. ante 1423 . . . 43. 47. 55. 120
Clug Andris 1407 . 43. 47. 55
Bartko Stacher 1407 . . 55
Bartko Sartor ante 6. Nov. 1406. 1407 . . 37. 43. 47
Nicolaus Gobel ante 6. Nov. 1406. 1407 . 37. 43. 47. 55
Conradus Rypin ante 6. Nov. 1406. 1407. t. 1413. . . 37. 43. 47. 55. 84. 85
Johannnes de Styna t. 1413. 84. 85

Pag.

Consul.

Albertus Buchholz t. 1413. 84. 85
Johannes Serkys t. 1413. 84. 85
Michael Faber t. 1413. 84. 85
Michael Smed 1419 . . . 98
Johannes Tholmacz ante 1423 120
Clemens Czedlicz ant. 1423. 1425 . . . . 120. 133. 138
Andris Clopper ante 1423. 1425 . . . . 120. 133. 138
Niclas Gutler a. 1423. 1425. 120. 138
Niclas Schultis ante 1423 . 120
Jurge Crebil ante 1423. 1425 . . . . . . 120. 138
Erasmus Schwarcniclas ante 1423 120
Cloze Schultis ante 1423 . 120
Petir Fogilgesang ant. 1423. 120
Johannes Trautfrewlin 1423. 1425 . . 119. 120. 133. 138
Andreas Pistor 1423. 1425. 119. 138
Andris Becke 1423 . . . 120
Witramus Czeiseman 1423. 119. 120
Nicolaus Fredrici 1423. 1425. 119. 133. 138
Nicolaus Czornberg 1423. 1425 . . 119. 120. 133. 138
Nicolaus Geylink 1425. 133. 138
Augustinus Gemelich 1425. 133. 138
Nicolaus Scheler 1425. 133. 138
Georgius Gobel 1423. 1425. 120. 133. 138

P.


S.

Spis wyrazów niełacińskich

znajdujących się w dokumentach łacińskich w tomie tym oddrukowanych *).

---

*) W spisie tym umieszczam jedynie niełacińskie, a więc czysto polskie, ruskie lub niemieckie wyrazy zachodzące w texcie łacińskich dokumentów. Wyrazów takich, które wprawdzie wzięto z innego języka, ale dodano im końcówkę a nawet kształt łaciński, jak n. p. *coretum*, *cramus*, *stuba*, *granicies* i t. d. w spisie tym nie umieszczam, bo są to już wyrazy barbarzyńskiej łaciny średniowiecznéj. Dodaję wyjaśnienie to, żeby się nie narazić na zarzuty pominięcia wyrazów, których w spisie tym nigdy umieszczać nie zamierzałem.



SPIS RZECZY.

strona

strona

strona

strona



Sprostowania, dodatki i błędy drukarskie tomu niniejszego.

Str. 16 wiersz 4 od góry	zamiast: *apperabant* (?)	czytaj: *apparebant.*
„ 96 „ 7 w texcie	„ *Nicolaa*	„ *Nicolao.*
„ 118 „ 4 od góry	„ *venerabils*	„ *venerabilis.*
„ 212 „ 1 „	„ *Laudensi*	„ *Landensi.*
„ 241 w indexie	„ *de Kleczko Czaw*	„ *de Kleczko Czwan.*
„ 242 „	„ *de Koziski*	„ *de Kosiski.*

Do dokumentu nr. LIV, str. 108 i 109.

Drukując dokument nr. LIV, nie umieliśmy oznaczyć, gdzieby leżało miasto *Molde*, w którem dokument ten wystawiono. Skrzętnym poszukiwaniom p. *Romana Mierzwińskiego*, sluch. wydz. filozof. i członka seminaryum historycznego przy wszechnicy lwowskiéj, udało się odszukać tę miejscowość. Jest nią niewątpliwie węgierskie miasteczko, zwane po niemiecku Moldau, po węgiersku Sepsi, a położone w komitacie koszyckim (Abaujvár), na południe od miasta Josz, niedaleko Koszyc i granicy galicyjskiéj. Miasto to było więc także kolonią saską, choć go jako takiéj nie wymienia w swem dziele *Czoernig* (*Ethnographie der österreichischen Monarchie*, *tom II*, *str.* 218, 279, 295, 296 i 307).

Do dokumentów nr. LXXV i LXXVI str. 136 — 138.

Dwa dokumenta nr. LXXV i LXXVI są datowane w miejscu Zamech nazwanem. Idąc za zdaniem ks. kanonika Pietruszewicza sądziłem, że miejscowość ta jest to dzisiejszy Zamiechów. Po dłuższem badaniu atoli przyszedłem do przekonania, że zdanie to jest mylne. Ów Zamech bowiem jest to — sądzę — niewątpliwie wieś Zamech w byłem województwie lubelskiem, obwodzie zamojskim, powiecie tarnogrodzkim, parafii łukowskiéj, tuż nad granicą galicyjską nad rzeką Tanew o 9 — 10 mil od Medyki. Było to miejsce, w którem często polowali królowie polscy. Na powitanie króla Stefana w tym Zamchu dnia 8. Maja 1578 r. napisał *Jan Kochanowski* swoją *Dryas Zamechską*. (Zobacz J. Przyborowski, wiadomości o życiu i pismach Jana Kochanowskiego str. 105 — 107).

Sprostowania, dodatki i błędy drukarskie tomu trzeciego [1]).

Str.	12	wiersz	9 od dołu	zamiast:	*ut* [2])	czytaj: *vel.*
„	24	„	9 „	do	*furtu*	dodaj (*sic*).
„	24	„	4 „	zamiast:	*pactam*	czytaj: *pretactam.*
„	24	„	1 w nocie	„	*prawdopobnie*	„ *prawdopodobnie.*
„	27	„	8 od dołu	„	*debetur*	„ *debet.*
„	31	„	14 „	do	*premundicacius* [3])	dodaj (*sic*).
„	31	„	8 „	„	*mete* [3])	„ (*sic*).
„	31	„	2 „	zamiast:	*adveni*	czytaj: *advene.*
„	32	„	1 od góry	do	*coloris* [3])	dodaj (*sic*).
„	35	„	14 „	zamiast:	*sinandi*	czytaj: *sentenciandi.*
„	38	„	15 „	„	*in pensis*	„ *in penis.*
„	65	„	13 „	„	*ipsos*	„ *ipsas.*
„	72	„	11 od dołu	„	*Onya* [4])	„ *Cuya.*

[1]) Przeważnie większą część tych sprostowań zawdzięczamy sumiennemu i gruntownie z rzeczą obeznanemu recenzentowi Biblioteki Warszawskiéj (rok 1872, tom III, str. 148 i nast.) panu *A. P.* Nie wszystkie jednak wytknięte przez niego omyłki są rzeczywiście takiemi, jedne bowiem były już sprostowane w tomie III Aktów, drugie zaś znachodzą się w samych oryginałach. Wydawca więc zgrzeszył o tyle, że za skąpo szafował owem (*sic*), co starał się w powyższym spisie wynagrodzić.

[2]) Dokument nr. IV drukowałem (jak podano str. 13) z bardzo późnéj oblaty, w któréj wyraźnie stoi tutaj *ut.* Tak samo wydrukował także Wolański w Dod. do Gaz. Lwowskiéj mimo to, że miał oryginał przed sobą. Przyznaję jednak słuszność panu A. P., że tu stać powinno *vel.* Wina fałszywego odczytania jednak na mnie nie spada, bo mi bardzo dobrze wiadomo, że spójnik *vel* pisze się regularnie przez *v* i przekreślone *l.*

[3]) Z powodu dokumentu nr. XIII spotkał wydawcę od pana *A. P.* zarzut, że się tym razem zaniedbał w swéj krytyce. Może zarzut ten nie zupełnie słuszny, bo wszystkie bez wyjątku zaczepione przez pana *A. P.* wyrazy, stoją rzeczywiście w pergaminowym dokumencie, według którego dokument ten wydrukowano. Stoi tam wyraźnie *premundicacius, mete* i *coloris,* wypadało więc tylko wydawcy i tu znów dodać (*sic*) i w tém zbłądził, że tego nie uczynił. Są to zatem błędy popełnione przez pisarza dyplomu. Pan *A. P.* domyśla się, że zamiast *iure maxime premundicacius* stać powinno *preiudicativo,* i domysł ten jest niewątpliwie zupełnie trafny. Zamiast *et laudibili mete dicte civitatis observande* proponuje czytać *et laudabili more dicte civitatis observando,* co niewątpliwie jest także trafnym domysłem. Za to nie zgadzam się z panem *A. P.*, żeby zamiast *coloris* stać koniecznie musiało *valoris,* bo od koloru sukna także i wartość jego zależy, a zresztą o parę wyrazów po tem *coloris* stoi *valorem* zgoła inaczéj przez pisarza napisane, tak że wytłumaczyć bym sobie nie umiał, dlaczego by tu w pierwszém miejscu miał był napisać *coloris* zamiast *valoris.*

[4]) Dok. nr. XXXIX znajdował się niegdyś w archiwum miasta Lwowa, dziś znajduje się w niém tylko odpis zrobiony w Wiedniu, według którego go wydrukowano. W tym odpisie stoi między tytułami Władysława Opolskiego wyraźnie *czur Onya,* tak jak wydrukowaliśmy, nie mając innego textu. *W Stronczyńskiego Wzorach Pisma* atoli znajduje się facsimilowany dokument Władysława Opolskiego, także w języku niemieckim napisany, z którego widzimy, że tutaj czytać należy *czur Cuya* a nie *czur Onya.*

Str. 76 wiersz 4 od góry	zamiast:	*principium*	czytaj: *principum.*
„ 76 „ 7 „	„	*nulla*	„ *ulla.*
„ 81 „ 9 „	„	*arrastacione*	„ *arrestacione.*
„ 82 „ 6 od dołu	„	*delecti*	„ *dilecti.*
„ 94 „ 8 „	„	*momitos*	„ *monitos.*
„ 95 „ 5 od góry	„	*surdis*	„ *surdi.*
„ 95 „ 17 „	„	*ecclesiesticum*	„ *ecclesiasticum.*
„ 96 „ 14 „	do	*detunarys*	dodaj (*sic*).
„ 96 „ 2 od dołu	zamiast:	*alter*	czytaj: *aliter.*
„ 97 „ 12 „	„	*eorom*	„ *eorum.*
„ 103 w nagłówku	„	*27. Lutego*	„ *28. Lutego.*
„ 105 wiersz 5 od góry	„	*heresim*	„ *heresium.*
„ 109 „ 10 „	„	*premmissus*	„ *premissus.*
„ 112 „ 4 „	po	*volgariter*	dodaj (*sic*).
„ 123 „ 6 „	po	*contingerit*	„ (*sic*).
„ 175 w nagłówku	zamiast:	*8. Listopada*	czytaj *18. Listopada.*
„ 187 wiersz 9 od dołu	„	*collocare*	„ *collocari.*
„ 189 „ 8 od góry	„	*eiusdem*	„ *eisdem.*
„ 191 w nagłówku	„	*26. Lutego*	„ *20. Lutego.*
„ 192 wiersz 11 odgóry	przed	*quolibet*	dodaj *de.*
„ 237 „ 5 od dołu	zamiast:	*prehennentur*	czytaj: *perhennentur.*
„ 245 „ 19 od góry	po	*polendrum*	dodaj (*sic*).
„ 246 „ 3 od dołu	zamiast:	*humeri*	czytaj: *humero.*

Do spisu wyrazów niełacińskich na str. 303 dodaj:

słotnic . . . . str. 49.
obedne . . . . „ 65.

Do dokumentu nr. 100 tomu III.

Dokument nr. 100 tomu III nosi datę 20. Lutego 1426 r., drukowany on jest nie z oryginału, lecz z potwierdzenia Zygmunta I. Że data ta podana w transsumcie jest mylną i jaką właściwie być powinna, wykazuje krytyczny rozbiór napisany przez p. Romana Maurera, słuchacza wydziału filozoficznego i członka seminaryum historycznego przy wszechnicy lwowskiéj, który tu w całéj rozciągłości podaję:

W „aktach grodzkich i ziemskich etc.“ wydrukowano w tomie III str. 191 pod Nrem 100 dokument następującéj treści:

Władysław II Jagiełło rozstrzyga spór między arcybiskupem lwowskim Janem Rzeszowskim a mieszkańcami Rusi wynikły z powodu zdzierstw, jakich się tenże na nich dopuszczał. Król wyrokuje, pomimo tego, że arcybiskup powołuje się na swych poprzedników na halickiém

arcybiskupstwie, którzy po jednym fertonie od łana pobierali, na korzyść poddanych, ustanawiając, aby rok rocznie na św. Marcin do kassy arcybiskupiéj tylko po sześć groszy z łanu płacili.

Dokument ten datowany jest: „Sandomirie feria quarta ante dominicam Reminiscere Anno domini Millesimo quadringentesimo *vicesimo sexto*".

Data ta jednak żadną miarą utrzymać się nie może, choćby tylko z tego powodu, że, jak Długosz (wyd. Lipskie 1711 księga XI str. 489) powiada, król Władysław ostatki zapust, post i Wielkanoc a więc od 10. Lutego do (przynajmniéj) 1. Kwietnia tego roku (1426) w Lubowli i Krasnymstawie słaby na nogę przeleżał. Nie mógł więc wówczas być na sejmiku (tak bowiem tłumaczymy wyrażenia tegoż dokumentu: „in hac congregacione" „in hac convencione") w Sandomierzu. Więcéj powodów w tém miejscu nie przytaczamy, gdyż w dalszym ciągu musielibyśmy się powtarzać.

Dokument ten nie nosi żadnych wewnętrznych śladów podrobienia, spróbujmy więc, czy się go nie da szczęśliwie posunąć do innego roku.

Na rok 1427 już z tego powodu posuniętym być nie może, że Jan Szafraniec z Łuczyc, kanclerz, jest już podpisany tutaj jako biskup Włocławski, na którą to godność dopiero z końcem tegoż roku, a w każdym razie dopiero po śmierci swego poprzednika Jana Pelli z Nieszawy—który umarł 24. Kwietnia — postąpił. (Długosz ks. XI str. 500).

Na rok 1428 przenieść go nie można, gdyż podpisany tutaj jest już jako podkanclerzy Władysław z Oporowa, który podkanclerzym zostać mógł dopiero po postąpieniu Stanisława Ciołka z tejże godności na stolicę biskupstwa poznańskiego a więc dopiero po 29. Sierpnia tegoż roku. (Długosz XI str. 507 i Dr. J. Caro: Liber cancellariae Stanislai Ciołek. Ein Formelbuch der polnischen Königscanzelei etc. Wien 1871. Einleitung str. 10).

W r. 1429 wystawionym być nie mógł, gdyż właśnie w owym czasie był Władysław Jagiełło zatrudniony zjazdem w Łucku. (Długosz XI str. 513).

A więc w roku **1430**.

Długosz pod tym rokiem powiada: „Ex Jedlna (gdzie dnia 4. Marca potwierdził był stanom przywileje) Wladislaus rex Poloniae per Sandomiriam et alia loca transitum agens, Cracoviam devenit" (XI str. 543).

Pozostały nam z téj bytności w Sandomierzu dwa dokumenta wydane 8. Marca, znajdujące się w „Aktach grodzkich etc." Tom II. str. 25 i 86 i jeden dokument wydany na dniu 10. Marca tamże w „Aktach" T. IV. str. 142, Nr. 79.

W pierwszym potwierdza Władysław Jagiełło nadanie Władysława księcia Opolskiego z 25. Lipca 1386 na żądanie Jana Rzeszowskiego arcybiskupa lwowskiego. Drugim nadaje Władysław miastom arcybiskupstwa lwowskiego w uznaniu zasług znowu Jana Rzeszowskiego prawo magdeburskie.

Skoro więc i w dokumencie z 10. Marca (IV str. 142) omawiane bywają sprawy arcybiskupstwa lwowskiego, a i nasz dokument też sprawy traktuje, to komużby nie przyszło na myśl, że wszystkie te cztery dokumenta z jednego czasu pochodzą?

Przechodzi jednak przypuszczenie nasze w pewność niezbitą, skoro zważymy, że daty pierwszych dwóch tu przywiedzionych dokumentów (Akta T. II. str. 25 i 85) jakoteż data naszego dokumentu (T. III. str. 191) brzmią jednakowo Actum Sandomirie *feria quarta* ante domi-

nicam Reminiscere", a data trzeciego dokumentu tylko o dwa dni („feria sexta") jest późniejszą.

Dołącza się tutaj i ta okoliczność, że świadkowie w tych dokumentach są prawie jednakowi.

Oryginału dokumentu tego nie odszukano do dzisiaj, znamy go tylko z potwierdzenia Zygmunta I. wydanego w r. 1512, sądzimy więc, że pisarz transsumtu zygmuntowego omylił się czytając i pisząc: „vicesimo sexto" zamiast: „tricesimo".

Zachodziłaby tutaj tylko jedna trudność, któréj tu pominąć nie możemy, a jest nią ta okoliczność, że na dokumencie naszym podpisany jest jako świadek „Jan" z Czyżowa kasztelan sandomierski. Wprawdzie powtarza on się w drugim dokumencie któryśmy tu przywiedli (Akta Tom II. str. 25) ale w trzecim (Tom II. str. 86) i w czwartym (T. IV. str. 142) nazywa on się „Michałem", a i Długosz przytaczając dokument potwierdzenia przywilejów w Jedlnie na dniu 4. Marca 1430 a więc w cztery dni przed naszymi dokumentami wystawiony, wymienia także jako kasztelana sandomierskiego „Michała" z Czyżowa (XI. 541 [1]).

Zważywszy więc, że w dokumentach naszych i w dokumencie wydanym w Jedlnie zachodzi naprzemian „Jan" lub „Michał", i że dwie osobistości i do tego z jednéj miejscowości równocześnie téj saméj godności piastować nie mogły, przyjdziemy do wniosku, że „Jan" i „Michał" to identyczne postaci, to jedna osoba nazywająca się „Janem Michałem" z Czyżowa.

Z tego wszystkiego zatem wynika:

1. Dokument podany w „Aktach" Tom III. str. 191 nie należy kłaść na dzień 20. Lutego 1426, jak to uczyniono w potwierdzeniu Zygmunta I., a za niém w „Aktach", ale na dzień 8. Marca 1430; jest on więc wraz z dokumentami w „Aktach" Tom II. str. 25 i 85 równocześnie wydany.

2. Zachodzący często przed r. 1431 jako świadkowie „Jan" lub „Michał" z Czyżowa kasztelanowie sandomierscy, są jedną i tą samą osobą nazywającą się: „Janem Michałem z Czyżowa", będącym już od r. 1416 kasztelanem sandomierskim (jak wynika z Cod. dipl. Univ. Cracoviens. I, 115).

R. Maurer.

[1]) To bowiem, że w dokumencie z r. 1425 (Akta II str. 13) zachodzi dwóch Michałów z Czyżowa, jeden jako wojewoda, drugi jako kasztelan sandomierski, uważam za oczywistą mylkę pisarza, gdyż do r. 1431 był wojewodą sandomierskim Mikołaj z Michałowa, jak to Długosz na wielu miejscach powiada i jak z wielu dokumentów wynika.

